N. 115. *Doação de varios bens feita a Igreja de S. Miguel d'Entre ambas as aguas pelos Padroetos da mesma.*

Nos heredes et possessores qui sumus filii ecclesie *Sancti Michaelis* , que esse fundata inter *Paradelia* et inter villa *Belei* , que est in loco predicto *Inter Ambas Aguas* , hic sumus prenominati *Ramiru Alvariz* et uxor mea *Teuvili Heroniz* , et *Ramiru Lovesendiz* et uxor sua *Godina Sesufizi* , et *Toderigo Sesufizi* et uxor sua *Bona Vermuiz* , nos omnes superius nominati offerimus ad ipsum locum supra dictum *Sancti Michaelis* omnes portiones nostras , quas bahemus inter ambas ipsis aguas et

S E C U L O XII. et de illa petra scripta , que spar-
te cum *Thaniel* , et exparte cum
Fermedo , quomodo discurrent ipsas
aquas et germinantur sub ipsa ecclesie
pro animarum nostrarum et pa-
rentum nostrorum , ut deferviant
ipsi altari *Saneti Michaelis* , tem-
poribus seculorum ; et si unus ex
nobis aut ex feminibus nostris , ad
istum testamentum voluerimus in-
tumpere , tam de propinquis quam
etiam de extrancis , ut pariamus
nos que in hoc testamentum relo-
nat , et insuper c. solidos , et ju-
dici alium tantum. Nos superius no-
minati in hoc testamento , quod jul-
sumus , manus nostras roboramus. Pro
testibus: *Roderigu testis. Ramirus*
testis. Lovesendo testis.

Carr. do Most. de Paço de Souza;
Liv. das Doações fol. 40. vers. col. 2.^a

N. 116. Reconhecimento de certos bens , que possuia Nuno Vilufiz.

*Sem da-
ta.*

IN Dei nomine. Ego *Marina Vi-
lufiz* , et meo viro *Petro Luz* ,
at tibi *Nuno Vilufiz* in Domino
Deo eterno salutem amen. Ego *Ma-
rina Vilufiz* , et viro meo *Petro
Luz* fuimus in pressione de *Gundi-
salvus Tructesendiz* in *Vimaranes* ,
pro que fuimus suos maiorinos de
sua terra , et misit nos in illa cate-
na de *Vimaranes*. Et vidit *Marina
Pelaiz* et viro ejus *Vilufzo* et *Ale-
mondiz* viderunt filia sua in pressio-
ne , et rogaverunt *Nuno Vilufiz* fi-
lio suo , ut habiret in *Vimaranes* ,
ut adjuvaret exirent sororem suam
cum viro ejus , pro illa hereditate
de *Goncio* ; miserunt illa hereditate
in pignores , et habii ego *Nuno Vi-
lufiz* in *Vimaranes* , et peccavi 1.^o
cavallo de cento et 1.^o modios apre-
ciato , et 1.^o manto in cardeno de
conilios , et extraxi illos de catena ,
et eduzi illos in domum patri sui
et mater ejus , et michi obturgave-
runt pater ejus et mater et filia et
marito ejus illa hereditate de *Genzo* ,
et in vita sua michi dedidissent ipso
aver c.^o et 1.^o modios , et ego dedis-
sem illos ejus hereditatem , et in vi-
ta eorum cambiaverunt michi pro
alia hereditate in villa de *Frades* ,
cambiaron michi pro tale quale illa
de *Alfonso Amareliz* , et in vita sua

michi non dederunt ipso aver c.^o et
1.^o modios , et perdidierunt illa here-
ditate proinde. Et a michi *Nuno Vi-
lufiz* dedit pater meus in casamen-
to in villa de *Frades* quantum ille
ibi habuit in casal cremato , et in
casal de *Pelagio Vilano* , et quantum
ibi habuit tio meu Dono *Alfonso Am-
arendiz* michi dedit in ipso casal
cremato , quarta de ipsa quintana
cum sua casa , et quinta de ipsa fe-
nara , et suo quinion de antea por-
ta , et alios suos quiniones , qui ibi
sunt; et porque michi illos dedit pro
alios quiniones , que ego illi dedi
super illa fonte illas III. quartas , et
in *Trugal* mediataste , et in casal me-
dio quinion , que michi vendidit *Er-
menegalsa Pelaiz* , et a tio meu quin-
ion , et in casal crematio de Dno
Alfonso dedit ad illo 1.^o bove in x.
modios intro , et fora x. modios in
hereditate , et ganavi cum Don *Al-
fonso* 1.^o vi.^a integra in *Maracicanes*
de *Sanarigu* pro precio , que ad illo
placuit , et ganavi de Dno *Ordonio
Spaffandiz* quinion altera vi.^a pro
precio , que illi complacuit.

Carr. do Most. de Refoyos de Lima;
Pergaminhos antigos.

* Letra Franceza do Sec. XII.

N. 117. Doação de varios bens, que fez Rainiro Salvador à Pedro Salvador seu irmão.

MAGNUM est enim titulum donationis, in qua nemo potest actum largitatis intrumpere, neque foris legem proicere, sed quicquid donatur, vel ofertur, nullo modo repeatetur, et sicut dicit lex Gotorum, ut valeat donatio sicut et venditio. Obinde ego famulo Dei Ranemiru prolis *Salvator* in Domino Deo salute amen. Ideo plaguit mihi, asto animo, integro meo consilio, qua non per vim, nec per metum, qua nec per manu extorta, sed propria milii acceſſit voluntas, ut facere ad tibi jermano meo Petro prolis *Salvator* kartula benefactis, et donationis, et firmitatis de omnia mea hæreditate, quantoque habeo de parte de meo patre, et de mea matre, quantoque ganarunt per suas cartas, et pro prætio, sive de parentorum vel abiorum, et habet jacentia ipsa villa in villa *Viliabrei*, inter villa *Parada* et villa *Fraxeo*, subtus Castro *Alvarelio*, Territorio Portugalensis, discurrente ribulo *Lauvrugia*, prope litore maris: do et dono ad tibi de ipsa hæreditate, jam superius nominata, tertia integra, quomodo meo patre, et mea matre ganarunt, et in suas cartas resonarunt, per ubi illa potueritis invenire, et suis terminis, et vicis, et locis antiquis, cum quantumquid in se obtinet, et prestitum hominis est, pro qua inde facio tibi ipsa karta donationis, et firmitatis, et pro prætio, quod conteneas me in mea vita de vito, et vestito, sive ad infirmitate, sive ad morte, quantum vires habueris; si ego migratus fuero ante te, quod veltias me, et oblationem ad Ecclesiam, vel ad pauperes offeres pro remedio anime

meæ; et si tu ante me migratus fueris, quod faciat mihi ipsa beneficia? ¹¹³⁹ K. ^{Matr.}
 jam superius nominata ille, ad quem tu ipsa hæreditate promiseris, pro tuo manto, sicut in kartula resonat: quantum milii bene complacuit. Ita ut de hodie die non habeam ego licentia vindere, nec donare, nec testare, nec in allia scriptura mittere, nec in tua vita, nec post tua morte, pro nulla que haſtio; sed habeas tu illa firmiter, et facias de illa quod volueris: at si quis tamen, quod fieri non credimus, et aliquis homo venerit, vel venerimus tum ego, tum propinquus, vel extraneus, aut de qualibet pars, quæ hunc factum meum intrumpere temptaverit, que vos in judicio devindicare non potueritis, aut qui vestra voce pulsaverit pro ad parte de ista karta, quod pareant, quid in ista karta resonat; duplatum, vel tripatum, aut quantum ad vobis fuerit melioratum; et vobis perpetim habitura. Facta karta donationis, vel benefactis, et firmitatis die erit tertio Kalendas Martias, Era milesima centessima trigessima nona. *Ramiru* in hac karta donationis, vel benefactis manu mea rororo. Qui praesentes fuerunt: *Petro Arias confirmo. Pelagio Arias confirmo. Menendo testis. Petro testis. Didagu testis. Alvitu testis. Menendus presbiter notavit atque confirmavit. Vermudu Suguiſus quos vidi. Michael quos vidi. Menendo Sefuandus quos vidi. Pelagius presbiter quos vidi.*

Cart. do Most. de Moreira: Original,

SECULO
XII.

N. 118. Carta de venda de certos bens, feita por Mumadona Madreduz e seus sobrinhos ao Presbytero Fagildo.

1140 N Dei nomine. Ego Mumadona
11 K. cogouento Madreduz una cum
Maj. subrinis meis nominibus *Gundifalvo*,
1102 et *Petro*, ideo placuit nobis , asto
21 Abr. animo, et propria nostra voluntate ,
ut vendiremus a vobis *Fagildus* pres-
biter hereditate nostra propria , que
abemus in villa de *Sancto Petro* de
Ceti , et habe jacentia in loco pre-
dicto que vocant *Verdenal* , des illo
marco , que sparte cum illo campo ,
que est de monasterio que vocant
Senrra super Argileuua , et de alia
parte divide cum illa ganantia de Do-
mna *Animia* , de ipso campo quarta
integra , et de illa aqua de illo rego
de ipso monte de *Sancto Petro* de
octava tertia , subitus mons *Bendoma* ,
discurrente riuulo *Lauuerco* , et prope
Saufa , Territorio Portucalense :
damus a vobis ipsa hereditate pro pre-
cio , que de vos acceperimus xx.ⁱ soli-
dos in arinto , et in pane , et in pan-
nos , tantum a nobis bene complacuit ,
et de pretio indebitum nichil reman-
dit apud vos ; ita ut de hodie die et
tempore sedea ipsa hereditate de juri
nostro abraza , et in vestro dominio
sia tradita et confirmata : abeatis vos
illa firmiter , et ipso monasterio post
vos , juri quieto , temporibus seculo-
rum . Siquis tamen , quod fieri non
credimus , aliquis homo venerit , vel
venerimus contra hauc cartula ad im-
rium pendum , et nobis ad iudicio di-
uindicare non potuerimus , aut non
voluerimus auturgare post parte vestra ,
aut vos in voce nostra , quomodo pa-
riemus vobis ipsa hereditate et ipsa
aqua duplata , aut quantum a vobis
fuerit meliorata ; et vobis perpetim
abeat. Facta cartula venditionis no-
rum die eri xi.^o Kalendas Maias , E.^a
M.^a c.^a XXXX.^a Madreduz , *Gundifalvo* ,
et *Petro* a vobis Domno *Fagildo* in
hanc cartula venditionis manus no-
stras r*----o*.^{mus} P testis . Ve-
renundus testis . Arie testis . Au-
ron testis .

Cart. do Collegio da Graça de Coim-
bra : Maç. 1.^o dos Pergamin. de Cete
N.^o 12.^o

* Letra Franceza.

N. 119. Doação de bña marinha feita ao Mosteiro de Moreira por Christovaõ Baltar e sua mulher.

1140 D OMINE invictissimis , aut trium-
12 Sept. phatoribus , Sanctisque Martyribus ,
1102 et Sancti Salvatoris , Sancti Mi-
21 Ag. chaelis Archangeli , et sociorum ejus ,
Sanctorum Petri et Pauli , et Sancta Dei Generis Maria semper Vir-
ginis . Nos famulo Dei *Christophorus*
Baltariz , et uxor mea *Hunca Vili-
fonsiz* , ut pro remedio animæ mee ,
ut facio testamentum per scripturæ
firmitatis de uno talio de marina inte-
gro , cum agiptionibus suis , ad . . . vo-
cabulo *Sancti Salvatoris Moraria* ,
in loco prædicto , subitus mons *Qui-*
fion , discurrente ríbulo *Leza* , et
prope litore maris , Territorio Portugal ,
ut habeamus nos famulus Dei
Vistrovalo Baltariz et uxor mea
Hanca Vilifonsiz parte in prima
resurrectione , et habeant illo talio
fratres , et sorores , qui in illo Mo-
nasterio vitam sanctam preseverave-
rint , ad illa nostra portione : et si-
quis homo venerit de propinquis , aut
extraneis , qui hauc seriens testamen-
ti infringere voluerit , in primis sit
separatus , et excommunicatus ad cor-
pus , et sanguinem Domini nostri Je-
su

su Christi , et cum Juda traditore habeat partecipatio in æterna damnatione , et propter damna sæcularia , in cuiuslibet fuerit , pariet illo , quo infringere , dublato , et infusper duo auri talenta . Facta seriens testamenti die erit duodecimo Kalendas Septembris , Era millesima centesima quadragessima . Nos famulus Dei Vif-

trovalo Baltariz et uxor mea Hun-
ca Vilifonis in hoc seriens testamen-
ti manus nostras roboramus . Qui pre-
fentes fuerunt : Cidi Gundisalbiz quos
vidi . Pelagio Vistrovaliz testis . Gun-
dibus testis . Pelagio Baltariz tes-
sis . Pelagio diacono notavit .

Cart. do Most. de Moreira : Original.

N. 120. Doação do Padroado da Igreja de S. Payo , feita pelos seus compadreiros ao Mosteiro de Pendorada.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis . Nos omnes , qui sumus heredes , et possessores de Ecclesia vocabulo *Sancti Pelagii* Martiris , qui est fundata inter *Durio* et *Tamice* , subiuxta mons *Aratros* , Territorio et Dioecesi Portugalie Ecclesie , sub nomine Sancte Trinitatis , in onore et veneratione ipsius Beati *Pelagii* , id sumus prenomini ego *Sisnandus* Abbas et soror mea nomine *Elduara* , omnes unauniter damus atque concedimus omnem portionem nostram de ipsa Ecclesia medietate integra , et venit nobis in possessione de genitor nostro Domno *Olibo* , et prefabio nostro Domno *Garcia Moniz* , et de alia medietate de ipsa Ecclesia , quantum in possessione nobis venit de presabia nostra Domna *Sunito* , concedimus eam cum omnibus testamentis , et edificiis suis , pro remedio animalium nostrorum , et parentum nostrorum , de quibus nobis ipsa Ecclesia venit in possessione . Damus eam Monasterio *Sancti Johannis Battiste* , cuius Ecclesia fundata dinoiscitur in terminum *Ordoni* , secus flumen *Dorii* , ut deserviat ipsa jam dicta ipsi Cenobio superius scripto , temporibus cunctis , et seculis sempiternis , ob toleranciam fratum , et vitam monacorum , in Christi nomine ibi degentium . Ita ut ab odier- no die et deinceps sit ipsa Ecclesia a nobis translatâ , et in potestate ipsius Monasterii *Sancti Johannis* perpetua-

liter maneat prefixa . Et si unus ex ¹¹⁴¹ feminibus nostris , deposita militia ¹⁹ K. ^{OCT.} cularis , in Christi nomine , sub regi- mine monacorum ipsius Cenobii , ibi- ¹¹⁰³ dem abitare voluerit , non abiciatur , ¹³ Sed ^{SET.} sed continuo humiliter cum caritate suscipiatur ; et in tali ordine , qua dignus fuerit , constituantur , non jure hereditario , sed sub obedientia sub- dicionis , que ut hoc testa- mentum perheniter inlesum servetur , nos superius pertulati , qui hanc scripturam fieri damus , huic testamentum in voce ipsius gloriose Cenobii *Sancti Johannis* , plazum le- gale per scripturam firmitatis adici- mus et facimus , ut si unus ex nobis aut ex feminibus nostris in voce no- stra aut in sua surrexerit , et hunc plazum recte promissionis excederit , et hoc testamentum uiolaverit , unusquisque per singula capita post partem ipsius monasterii , ubi a nobis ipsam Ecclesiam est concessa , v. solidos monete probate pariat , et ipsam Ec- chlesiam cum omni sua testamento in quaduplum conponat , et hoc testa- mentum in perpetuum roborem obtineat . Facta series placiti seu testa- mento XVIII. Kalendas Octub. Era M.^a C.^o XXXX.^a sub imperio *Adefonsi* Princeps , et Domni *Graldi* Braca- rensis Archiepiscopi ; in fede Colun- briensis seu Lamecensis Domni *Mau- ricii* Episcopi ; Domni *Suarii* Archidiaci- oni in Portugalest ; Domni *Diaz* Prioris in ipso Cenobio *Sancti Joha- nis*.

SECULO nis. Nos supra in ahs series mo. *Gelmira Traſtemiriz confirmo.*
XII. testamenti fieri iuſſi- Pro teſtibus: *Garcia teſtis. Monio-*
mus, propriis manibus roboravimus. *teſtis. Petrus teſtis. An. teſ-*
Gundifalvus Presbiter confirmo. Pe-
lagius Presbiter confirmo. . . . gius *tis. Petrus monacus ſcripſit.*
clericus confirmo. Ermeſenda Deo
vota confirmo. Gelvira Deo vota con-
firmo. Ermeſenda Traſte . . . confir-
 Cart. do Moſt. de Pendorada: Maç.
 da Igreja de S. Payo de Favoēs, N.º 3.º

N. 121. *Doação de varios bens feita d Igreja de S. Miguel de Arcozelo por Diogo Gomez.*

1142
8 K.
Feb.

1104
25 Jan.
..

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego quidem famulo Dei *Didago* prolix *Gomize* placuit mihi atque convenit, spontanea mea voluntate, aliquid de paupercula mea in domo Domini offerre, in amorem Dei, et timor gelidæ ignis, quando Dominus noster Iesu Christus venerit in carne præfens judicare vivos, et mortuos in fede magistratis suæ, quando dicturus est iustis: *Venite benedicti Patris mei;* et contrario iniquis: *Discidete a me maledicti;* et iterum arguent nos vaticinio ac dicent: *Tua sunt omnia Domine;* et quæ de manus tuas acceptimus, dedimus tibi: peregrinorum sumus coram te, et advene, sicut patres nostri; et iterum in Evangelio: *Date, et dabitur vobis.* Hæc verum videntes, et extremi diei timentes, concedimus ad aulam Beati Michaelis Arcangeli, qui est fundata in villa nuncupata *Arcuzelo*, quos fuit de avio noſtro *Tellu Amareliz*, quarta integra in loco prædicto, de ipſos caſaſ de Donna *Froili*, et de Donna *Vivili* medietate integra, subtus mons *Fragozo*, et ribulum *Avizella*, Territorio Portugaleſe. Damus atque concedimus ad ipſum locum sanctum ſupra nominatum, cum quantumque in ſe obtinet, et aprefitum hominis eſt, et concedimus eam pro anime meæ, et pecatis, et negligentiis meis, cum domus, edificiis, cubus, cubas, menſas, cathedras, leſtulos, vineas, ſaltus, pumares, caſaſ, arbores fructuofas,

vel infructuofas, terras rubtas, vel barbares, petras mobiles, vel immobiles, aquis aquarum, et ſeqigas molinarum, et exitum montium, vel devēfas frondium, accessionem, vel regreſsum, cum quantum in ſe obtinet, et aprefitum hominis eſt; ut habeant inde rationem clerici ad ipſum locum sanctum preſtentes, et vitam ſanctam preſeruant, pauperum, et peregrinorum abeant inde rationem: et ſi venerit aliquis homo ex propinquis meis, vel extraneis, qui hanc ſeriem testamenti infringere tentaverit, in primis ſit confusus, et maledictus, et anatematisatus, et ad ſanctam communionem, et ab Eccleſia Dei separatus, et ſit particeps cum Juda prodiatore, qui Dominum tradiſi, et laquo ſe ſuspendit, ſed ſit fana, et interemata ad pars, et de ipſa Eccleſia, et pariat ad pars ipſius Eccleſiae, quantum inde abſulerit, in quadruplum, et ad potestas, qui illa terra imperaverit, duo auri talenta: et hunc factum noſtrum in cunctis diebus plena habeat firmitatem. Faetum testamentum in die erit octavo Kalendas Februarii, Era millesima centefima quadraginta ſecunda. Ego ſupra nominato in hanc ſeriens testamenti manus mea roboravit. Et ille alio testamento, qui ego fecit, fedea conſtracto, et iſto ſedeat valido. Pro teſtis: *Tol... qui et teſtis. Geta teſtis. Vimara teſtis. Gundifalvo teſtis. Menendo presbiter notuit.*

Gatt. do Moſt. de S. Jorge: Original.
N. 122.

N. 122. Doçãõ que fez Egas Moniz e sua mulher Dordia Oforiz ao Mosteiro de Paço de Souza, de metade de todos os seus bens havidos e por haver, além de outros que doou por inteiro.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Dominis iuvatissimis, hac triumphatoribus gloriolis, Sanctisque Martiribus Sancti Salvatoris, et Sancte Marie semper Virginis, et Sanctarum Reliquiarum, que ibidem sunt recondite, XII.^m Apostolorum, et quorum Basilica fundata est in villa noncupata est *Palaciolo*, subitus mons *Ordinis*, discurrente ribulo *Sanfa*, Territorio Portugalense. Ego exiguo famulo Christi licet indigno peccatori, ego *Egas Munonis* Deo vorente nomerito digno, cum peccatorum mole deprehensio, spem fiduciam in Deum habentem, que fauctorum meritis unusque disperatio respicior, que etiam teste reatu mei criminis sepe paveo, ut per vos Sancti Martires Dei, ut supra memoriamus, tandem reconciliari mereari Deo vetro. Item *David* dixit talibus se eam agimus dum vota mea a populus dedicare canebat: *Tua sunt, Domine, que de manu tua accepimus, et dedimus tibi, quia tu dedit nobis*, unde nos babemus retribuere tibi. Et ideo pertimesco, absi Domine, nt ne veniat michi mors adjuvante et omnia ordinata dimittere, elegit ut facere textum scripture, et seriens testamentum ad sacris altaribus tuis, et Ecclesie vestre pro lumina mea, et pro eleemosinis pauperum, atque omnium hisdem ipsum locum, ob onore ipsius Sanctorum vel Sanctarum, que in ipsum Sancti Salvatoris vel quorum reliquie reconditae sunt, vel orationem monacorum, et omnium fratrum, inde memoriam facio, pro remedio anime me, do atque contexto, mente et animo volente, ad ipsum locum Sancti Salvatoris et Sancte Marie semper virginis, do atque concedo medietate de omnias meas hereditates, quantas que abeo, et ganare potuero cum Dei Id. Aug^o ajutorio usque ad obitum vero meum, et hic imprimiter mando *Hermegildi* integro in ipso testamento, cum suis 13 Agagionibus, et cum sua Ecclesia Sancte *Eosalie*, exceptis illa quintana nova cum suo casale, pro que recipiant alia tanta fratres a parte de testamento ut primitus voluerint; et illa alia medietate remaneat a mea filia vel filiis cum sua matre: et si ego obiero ante mea mulier, et illa permanferit kasta, habeat et possidat usque ad obitum suum, et post obitum remaneat illa hereditate a filia vel filiis nostris, qui de nos nati fuerint et procreati de amborum, et si femen nostra de amborum extincta fuerit, remaneat ipsa alia medietate a pars testamenti sana et integra ad ipsum locum sanctum supra memoriam, et nou mando ibi licencia ad nullam formam generis humani nec vendendi, nec donandi, nec superiорandi, nec testandi, nec scripturas anterioras nec posterioras prevalere super ipsum testamentum. Et alio sic mando de omnia mea re integræ, de minimo usque ad maximo, per ubi illa potueritis invenire in voce testamenti. Et ego *Dordia Oforiz* testamentum et plazo facio vobis, Monacos de *Palaciolo*, de tribus partibus de villa *Ermegildi*, pro meo amore, que vobis testavit integra meo marito, ut post obitum meum revertatur integra ad supra dicto monasterio, excepto uno casale cum sua quintana, sicut fursum resonat: qui vero eum usurpaverit hunc factum nostrum tam de extranceis quam etiam de propinquis nostris, aut nos, per quam formam generis humana, aut per scripturas, anterioras, aut posteriores, unde impedimento habeat

SEGULO XII. illo testamento , pro sola presuntione
fedeat excommunicatus et separatus a
fide catholica , et segregatus de Ec-
clesia facta , et Juda traditore habea
participatio in eterna damnatione ,
ubi est pena non fienda , et pariat
ipsum testamentum dublatum de a pars
de ipso monasterio , et insuper duo
auri talenta , et judicatum a Rege ,
vel ad Episcopi , aut Archiepiscopi ,
de cuius iussu fuerit : et hunc factum
nostrum scripture series testamenti ha-
beat roborem et firmitatem ad Deum
Patrem omnipotentem in perpetuum ha-
bituro , et pendat in meo arbitrio in
vita mea. Regnante *Adefonso Princi-*
*pe , et Comite nostro *Ermigio* , et*
*Antilite nostro *Giraldo* Archiepisco-*po Bracharenis. Facta eit scripture**
series testamenti notum die erit Idus
*Agulis E.^o m.^o c.^o XXXX.^o IIII.^o Ego *Egas**
Moniz* et uxor mea *Dordia Osoris
*in hunc series testamenti manus nos-*tra* roboramus. Pro testibus : *Rami-**
rus* testis. *Sisnandus* testis. *Me-
**nendus* testis.*

Cart. do Most. de Paço de Souza.
Liv. das Doações , fol. 20. col. 1.^o

* Em lugar de *Ermigio* , talvez na
Original se leia *Henrique*.

N. 123. *Doação de varios bens e padroados feita ao Mosteiro de Pendorada por Ermesinda Trastimiriz.*

1145
K. Aug.
1107
A. Ag.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Dominis invictissimis, hac triun-
tioribus Sancti Salvatoris, Sanctorum Apostolorum , et Confessorum, Martiri-
j, atque Virginum, quorum Basili-
lica fundate esse cognoscitur in loco,
quos vocant villa *Ordoni*, ad radice-
m montis *Aratri*, inter bisalvei
Durio et *Tamicam*, Territorio et
Diocesi Portugalensi. Ego exigua in-
digna *Ermesinda* famula tua, Domine,
mole peccatrice obrupta , in spe
fiduciae vestra omium sanctorum
tuorum respirans non usquequamque
desperatione deicior, qui etiam teste
conscientia reatum mei criminis sepe
pavisco , ut ego per vos , Sanctissimi
Martires, tamen reconciliari me-
rear Dominum Deum vestrum, atque
sanctorum omnium suffragium fida
supplicatione votis omnibus imploro.
Et ideo devotioni mee extitit, ut de
paupercula mea Sancte Ecclesie vestre
aliquantulum exuto proprio confero
deberem: et quia scriptum est: *Vo-*
gete, et reddite Domino Deo vestro;
ideo omnia affectum eandem ipsam
meam devotionem implere proculo ,
hac sic concedo et offero Ecclesie

Sancte adque sacrosancto altario Sancti
Johannis Babtiste sive Evangeliste , et
Sancti Romani Martiris , et
Sancte Columbe Virginis , et Beate
et gloriose Marie Virginis , et celesti
regis , et domini , et ejus sancti ,
pro victum , atque vestimentum mon-
acorum , in ipsa Ecclesia vestra de-
servientium , sive exceptione ospitum
et peregrinorum , villas meas proprias ,
quos habeo de susceptione aviorum
et parentorum meorum: id sunt in
villa *Lodonario* una kafale , et venit
mi in portione de genitor meo Do-
mino *Trastemiro*; et alios IIII. kaf-
ales , que ibi comparavi , et cambia-
vi per pretium , et kartas : et juxta
illa Ecclesia vocabulo *Sancti Jacobi*
ad radicem de illa portella de *Mexi-*
di I.^o kafal , que comparavi de *Fro-*lio**
Savariz: et juxta *Sancti Martini*
alia kafal , subtus mons *Eiras* ,
inter *Durio* et *Tamice* : et de illa
parte *Durio* in villa *Sardoriola* IIII.^o
integra , quos fuit de avio meo Do-
mino *Monio* , subtus mons *Serra Sicca* ,
discurrente rivo *Durio* : et de illa
parte *Tamice* in ripa *Sausella* , IIII.^o
de *Villa Nova* , et IIII.^o de illa Ec-
clesie

clesia vocabulo *Sancti Pelagii*, et dedit illa mihi viro meo Domino *Nuno* in arras : et in terra de *Santa Maria in Sala* meam portionem : et in villa *Venustella* de medietate *III.* et de *Balesteiros* medietate integra. Concedo iplas hereditates, jam superius anemoratas, ad domum Domini, et monasterii Sancti Johannis, exceptis uno casale, que do et concedo inde ad magistro meo Domino *Tedoni* in villa *Lodenario* superius memorata, que teneat illum in vita sua, et post obitum suum relinquat illum in testamentum Sancti Johannis superius nominati. Do ipsa hereditates ad ipso monasterio sepe jam dicto cum omni sua prestantia, cum quantum in se obtinet, et ad prestitum hominis est, per suis terminis et locis antiquis seu posterioribus, ut habeant inde servi Dei temporale subsidium, et ego ante Deum premium inconclusum. Neminem quidem pretermitto nec propinquos, nec extraneis, qui wobis ibidem aliqua damna vel inruptione faciat. Quo qui fecerit, et hunc votum meum rumpere voluerit, quod ego grateranter Domino Deo offero, quisquis ille fuerit, si se a tabubus corrigeret neglexerit, et in tam execrabilisuperbia persistere voluerit, tandi sit excommunicatus, et a fide catholica separatus, quandiu steterit in tam grave facinus; si vero, quod fieri non obtamus, tale scelus incesfabiliter perduraverit, de vertice uf-

que ad vestigia lepra percursus integrat, simulque in presente seculo lumen oculorum amittat, cum Iuda proditore Domini pari pena iuscipiat, et insuper pariet post partem ipsius monasterii auti libras binas : et hanc series testamenti plenam habeat firmatatem. Facta series testamenti die erit Kalendas Agostinas, Era M. CXXXXV. Regnante Rex *Alfonso*, et sub eo Principe nostro Comite Dominus *Antonius*; Sede Bracarense Dominus *Giraldus* Archiepiscopus; in Sede Coimbrensi Dominus *Mauricius* Episcopus; in ipso cenobii Sancti Johannis Domino *Tedoni* Priori; in Sede Portugalensis Domino *Pelagio* Archidiconi. Ego *Ermisinda* prolis *Traf-*
timiriz in hac series testamenti, quod fieri jussi, manu mea robortavi. *Elias* monacus confirmo. *Garcia* monacus confirmo. *Micael* diaconus confirmo. Pro testibus: (*Col. 1.^a*): *Pelagio* testis. *Suariotensis*. (*Col. 2.^a*): *Froila* testis. *Petrus* testis. (*Col. 3.^a*): *Petrus* monacus scripsit.

Cart. do Most. de Pendorada : Maç. da Igreja de S. Payo de Favões, N.^o 4.^a

* Letra Semigothica.

** A clausula == Et de *Balesteiros* medietate integra == estava escrita por di-versa tinta e letra, no resto de huma-regra, que originalmente ficara em clausula.

Secundo
XII.

N. 124. Doação de certos bens feita por Gutterre Tructelindiz e sua mulher ao Mosteiro de Moreira.

In nomine Genitoris, Genitique, ab omnibus procedens Spiritus Sanctus, qui est Trinus in unitate, et unus Deitate, quæ universa colligitur creatura, cui famulantur universa coelestia, deferviunt etiam et terrestria, ad cuius imperium veniunt mari, atque creata sunt omnia, qui ante mundi constitutionem deposita,

qui hominem ex limo terræ plasmavi, 1145
et finem seculorum formam servi ad- 11 K.
sumpserit, per passionem proprium Sept.
sanguinem humanum genus de mor-te redemit, et postea in gloria ref- 1107
surrexit, et misit Santos Apostolos 22 Ag.
suos prædicare Evangelium in universum mundum, et fidem catholicam
confirmavit, et credentes in eum non
de-

SECULO dereliquid , ex quibus noster unus ex
 XII. Zebedei filius Expaniae fortivit ,
 ut de tuis reddas fructum in diem
 judicii Domini nostri Jesu Christi . Ego nos famulos Dei Guterre
Truëfendici , ex uxor mea *Flamua Menendici* , audiens scriptura Divina
 Oracula , ad implendum aliquantulum ,
 cupiens omnipotentem Deo extero ,
 puris mentibus , de quo nobis adtribuis ,
 reddere , venit per spiraculum
 cordis nostri , et pro remedium ani-
 mas nostras , et sub tuo sancto no-
 mine , et eximio Trinitatis , facimus
 testamentum in honorem Sancti Sal-
 vatoris , et Sancte Mariae Virginis ,
 et lignum Sancte Crucis , et omnium
 Sanctorum Apostolorum , corum reli-
 quias constructas in sacrofanclo alta-
 rio Sancti Salvatoris , qui est funda-
 to in villa *Moraria* , subitus mons
Petas Rubias , discurrente rivulo
Lesa , Territorio Portugalense . Da-
 mus ad serviendum ad ipso loco Sancti Salvatoris in villa de *Arones* ter-
 tia integra , et de sexta tertia , illa
 una sexta quæ fuit de *Guntina Odori* , et comparavi illa sexta Don
Guterre , et uxor sua *Dona Flamua Gelvira Menendici* , et de suis filios
Menendu Pinionici , et de *Suario Pi-*
nionici , et alia media sexta quæ com-
 paravi de *Munia Odorici* , et alia
 media sexta quæ fuit de *Anunia Odori* , quæ ganavi *Egas Truëfendici* , et
 uxor sua *Ermesenda Gunfalcio* de
Ordonio Odorici , et illa tertia de
 sexta , quæ fuit de *Arias Odorici* , et
 ganavi *Don Egas* , et uxor sua *Dona*
Ermesenda de Arias Odorici , et cam-
 biavi illa *Egas Truëfendici* cum suo
 germano *Guterre Truëfendici* pro
 fala illa , quæ fuit de *Suario Eriz* :
 de ipsa hæreditate damus logo a illo
 Monasterio Salvatoris quarta integra
 pro anima de nostro filio *Gunfaldo* ,
 et de ipsa hæritate , quæ fuit de
Don Truëfendu de Pampilidu
 integra , et de ipsa , quæ fuit de *Ado-*
senda Odorio quarta integra pro sua
 anima de nostro filio ; et ipsa alia hæ-

reditate , quæ ibi sonat de *Arones* ,
 insicerem illa cuin alias totas suas hæ-
 reditates , et pos obitus suos de Don
Guterre , et de uxor sua *Donna Fla-*
mua , darem quinta a illo loco *San-*
cti Salvatoris , a illo nostro quinione
 de illo Monasterio damus illa : et si
 nostro filio *Suario Guterrez* ante nos
 migrato fuerit , de totas nostras hæ-
 reditates mandamus dare medietate
 integra extra *Zerzedu* , quæ da *Dona*
Flamua a Sancto Felice , si pro ani-
 mas nostras , quomodo de nostros fi-
 lios : et damus illa a illo loco *San-*
cti Salvatoris pro a tolerantia fratrum
 et monacorum , qui bonos fuerint ,
 et vita sancta perseveraverint : et non
 sedante licitos vendere , nec donare ,
 nec cambiare , nec restare , nec illas
 in alia parte cum illo , quod in tes-
 tamento resonat , transferre , sed ma-
 neant illo sano , et intemerato post par-
 tem confessionis . Si quis tamen quili-
 bet generis homo filii aut nepti , aut
 in sanguinibus meis , qui hunc factum
 nostrum infringere voluerit , in primis
 fedeat excommunicatus , et maledictus
 ad corpus , et sanguinis Domini nos-
 tri Jesu Christi , fedeat separatus ad
 fidem Domini nostri Jesu Christi , et
 cum *Datan* et *Abiron* in profundum
 inferni semper permaneat obscurus , et
 cum *Juda* traditore habeat partecipio
 in eterna damnatione , ubi tartarus
 semper abitat , et numquam finieadi :
 et pariet ipsus a parte testamenti ,
 quantum inde usurpaverit , dublato ,
 et ad Domno , qui illa terra impera-
 verit , alio tantum in iudicato : et
 hunc factum nostrum semper plena
 habeat robore , et firmitate ipsius tes-
 tamenti , et obtineat firmitatem . Fa-
 cta seriens testamenti die erit unde-
 cimo Kalendas Serembis , Era mil-
 lessima centessima quadragestima quin-
 ta . Ego *Guterre Truëfendici* , et
 uxor mea *Flamua Menendici* in hunc
 seriens testamenti a nobis factum manu-
 sus nostras roboramus . Pro testibus :
Gunfaldo testis . *Diagu testis* . *Me-*
nendu testis . *Pelagio testis* . Frater
Me-

*Menendus, qui est Priori de illo Elefíndici, quos vidi. Suarius pres-Secundo
Monasterio, quos vidi. Egas Trubiter notavit.*

XII.

Elefíndici, quos vidi. Gonçalvo Tru-
Cart. do Most. de Moreira: Original.

N. 125. Reconhecimento feito ao Mosteiro de Paço de Souza por Diogo
Gratiz, de certa herdade e padroado, que lhe usurpara, tendo prece-
dido litigio perante o Concelho.

In Dei nomine. Ego Didago Gratiz placitum, filius et pactum statibilitatis, facio vobis Priori Domino Didago cenobii in Sancti Salvatoris, et monachis vestris, parte de ipsa mea portione de ipsa Ecclesia vocabulo Sanctorum Filippi Apostoli, et Sancti Romani, et Sancti Marcelli de Villa Covia de Petra Fixa, id est octava de ipsa Ecclesia jam dicta, de illo cancellino usque in termino de villa Levistii, idem de ipso fontano, qui discendit de monte Vallinas usque in ipso termino, qui ex parte de Ripazales, cum omnibus prestationibus suis : et dedi illam ad Garcia Ramiriz in sua fiducia, et ipse Garcia Ramiriz dedit eam a Pelagio Petriz, et uxori sue Domna Godo, sic quomodo sursum resonat. Et ipse Dominus Pelagius pro se et pro sua muliere testavit illud ad monasterium Sancti Salvatoris de Palaçoli, pro remedio animarum suarum. Et post hec ego ipse Didagus Gratiz composuit me cum ipse Garcia Ramiriz, et infringit et intrumpit ipsum testamentum de Palaçoli, et venit Dominus Didagus, qui est Prior de ipso monasterio cum testibus idoneis, et invenerunt super me et in meo judicio ipsum testamentum, et non potui eis responderem pro illum nec judicium facere,

et cognovit me proinde in Concilio 1149 ante oinnes de ipsa villa habitantes, 4 K.Oct.
quia feci pro me culpa grave. Et pro hac re de odie die, quod est 1107 28 Set.
Kalendas Octubr. Era M.^a C.^a XXXX.
v.^a et deinceps non sedeam ahus ipsum testamentum iterum intrumpere, aut infringere, non per me, non per filios meos, aut per filias meas, non per germanos aut per germanas, per parentes meos, nec per generationes meas, non per potestates, nec per maiores, nec per saiones, nec per nullum genus humani, neque iniunctiones aut subpositas malas, neque per scripturas priores aut posteriores, unde vos aut successores vestri impeditum habeatis; et si aliter fecero, et hoc plazum vel pactum firmatatis non observavero, et illud excedero, que pariam ipsum testamentum post partem ipsius cenobii Sancti Salvatoris, in quaduplo, et illa vox intrumpio, que sursum resonat, revocetur, et insuper pro solidos monete probate exfolvat, et judicatum. Ego Didagus proles Gratiz in hoc placitum filius et pactum firmatatis manus meas roboro. Pro testes: Romanus, Didagus, Pelagius testis.

Cart. do Most. de Paço de Souza
LIV. das Doações fol. 46 vers. col. 2.^a

S E C U L O
X I I .

N. 126. Reconhecimento feito por Diogo Furtuniz ao Mosteiro de Paço de Souza, de certa herdade e padrao, que lhe usurpara, e pela qual o demandara o mesmo Mosteiro.

1145. **4 K.Oct.** **I**n Dei nomine. Ego Didago Furtuniz plazum simul et pactum legalis per scripturam firmatatis facio vobis Priori Domino Didago, et monachis Sancti Salvatoris de monasterio Palacioli in voce ipsius cenobii pro parte de ipsa ganantia de illo testamento de Ecclesia Sanctorum Martirum Filippi Apostoli, Romani, et Marcelli, quorum aula sita est in Villa Cova, subi monte Petra Fixa, et monte Batial, discurrente tribulo Tanice, Territorio Portugalen sis Ecclesie, quam Dominus Pelagius proles Petri simul cum uxore sua Domina Goto de heredibus ipsius Ecclesie jam dicte per suum precium et suas kartas ganavit, et ipsas ganatas cum sua portione de ipsa Ecclesia ipsi cenobio Sancti Salvatoris pro remedio animarum suarum concessit atque testavit; et ego per presumpti onem inlicitam presumtive infixi, et inde abstuli, et vos per testimonium verum super me inventi stis coram testibus idoneis. Et pro hac re ab odier no die, id est 1115^o K. Octubris, Era M.^o C.^o XXXX.^o V.^o et deinceps non sedeam auctus illud testamentum iterum intrumpere, aut infringere, non per me, non per filios aut filias nostras vel noslros, non per parentes meos, aut per generationes meas, non per potestates, non per maiorinos, vel faiones, neque per nullum genus humani, nec per immis siones aut superpositas malas, neque per scripturas anteriores aut posteriores, unde vos aut successores vestri impedimentum habeatis, et ipsum testamentum suam rectitudinem careat, aut ad disruptionem perveniat; et si aliter fecerit et hoc placitum vel pactum non observaverit, et illud excedero, que pariant ipsum testamentum post partem ipsius ceteri Sancti Salvatoris, aut partem ipsius Episcopi, in cuius dioecesi est ipsum monasterium construtum atque fundatum, in quadruplum, sicut in decretis sanctorum Caionum de talibus est institutum, et illa vox iurumptionis, que sursum resonat, revocetur super me, et insuper binas libras auri purissimi reddam, et judicatum. Ego Didacus superius nominatus vobis Priori Domino Didaco et monachis Sancti Salvatoris in hoc plazum stabilitatis manus meas coram testibus roboravi. Pro testibus: Gundifatus testis. Pelagius testis. Marcus testis.

Cart. do Most. de Paço de Souza:
Liv. das Doações fol. 47 vers. col. 1.^o

* A Era parecia ser 1115; mas à vista da antecedente de 1145 do mesmo dia, em que o X estava indubitavelmente a pado, e attendido o assumpto de ambas, se julgou ser aquella data 1115 erro de quem copiou o original neste Livro das Doações; se não he que houve erro em aspar o X, o que não he de presumir. Na incerteza de qual das datas he errada, parece certo, que huma e outra Escritura devem datar-se da mesma era, seja 1115, ou 1145; ou que esta he apocrypha.

N. 127. Carta de Couto pelo Conde D. Henrique ao Presbytero e Monge Tello, e seus succeſſores na Igreja de S. Martinho da Espiunca.

In nomine Domini. Ego Comes ^{la, et inde a fonte de Gameron, et 1146} Henricus humilis Christi famulus, ^{inde ad illum gallinarium, et per 2 K.Apr.} gratia Dei in sublimitatis culmine ele-^{llum modurco, et inde ad foce de} ctus, et ejus misericordia magno di-^{Domin, et inde venit ad nebularium} gnitatis gloria, et honore sublima-^{de Nespereira, et inde a portela de} tus, simul cum glorioſa uxore mea ¹¹⁰⁸ nomine *Tarasia*, Serenissimi Domni ^{31 Març.} *Adefonsi* Regis filia, hoc enim de- crevimus, et pariter unanimes, ca- tholice religionis amore, statuimus, ut venerabilis Christi Ecclesia, que olim antiquitus in ardua concava montium a viris fidelibus sub nomine Sancte individue Trinitatis, in honore, et veneratione Sancti Martini Episcopi et Confessoris Christi, fecus litus fluminis *Pavie*, confat esse fundata in Territorio, et Dioceſi *Colimbriensis* Eccleſie, a nobis liberata concessa si in Christi nomine, cum omni suo testamento, per omnes suas divisiones, quas prius ante habuit, et modo nos ei renovamus, et restauramus, atque determinamus, et au- toritate nostra firmamus, ob tole- rantiam fratrum, et vitam monachorum, atque clericorum, pro abolitione et remissione criminum noſtrom, sicut in decretis sanctorum Canonum de ecclesiasticis ordinibus, et de ecclesiarum libertatibus, pre-ixa manet auctoritas, ab hodierno die et deinceps ab omni jugo noſtre ser- vitutis, et regie potestatis, et a pe- xu aliorum cunctorum hominum ſecularium, in cunctis temporibus ſecu- lorum, libera, et ſoluta. Ita ut nullus laicus ab hac die, vel tempore, infra istos terminos conſtituimus, fi- ne jufſione vel voluntate monachorum, vel clericorum, ibi habitantium, cauſa dominandi, vel impe- randi, ſive regendi audeat introire, vel inde aliiquid inde auferri. Id eft ab illa portella de *Paus*, et per illa itinera antiqua, et fer in illa avo-

O

cūn

Tom. I.

XII. Seculo cum dilecta conjugé mea nomine *Tarafia*, quod sponte Deo vovimus, et scribere curavimus, et opere implsimus, et hanc scripturam propriis manibus nostris robora-*vi*mus. (Col. 1.^a): *Petrus proles Pelagii. Tellus filius Telli. Fernandus filius Fernandi. Gomice Ozoriz.* (Col. 2.^a): *Egas Moniz. Egas Gundesindiz. Alius Egas Moniz. Gunsalvus Petri.* (Col. 3.^a): *Sarrazinus Oforiz. Sarrazinus Sueri. Petrus Garsie. Omnes nos supra scripti libertati hujus privilegii congaudemus, et hujus scripture Deo dicate testimoniun prebemus, et confirmatores exsistimus, laudamus, et confirmamus. Didacus presbiter et monachus scriptis.*

Cart. do Most. de Pendonda: Maçada Igreja da Espinca, N.^o 1.^o

* Letra Franceza.

** Se no Original o x naó estava apado, como o naó representava a copia, o naó supozermos inadvertencia, ou esquecimento, feja no primeiro Notario, feja no Copista, o que he facil acontecer, entao a data sera do anno 1078, e o Documento apocrypho.

N. 128. *Divisaõ dos limites de Villa Porcas entre o Mosteiro de Paço de Souza, e os Herdeiros de Travaços.*

1147
K.Oct.

1109
1 Out.

TEMPORIBUS gloriö Comitis Domini Enriquì, post mortem saceri sui Domni Regis Adefonsi, orta fuit intentio inter fratres et monachos de monasterio *Palatioli* et inter önnies qui sunt heredes de villa *Travaços*, hi sunt prenominati *Didagus Gentiuici, Petro Pelagiz, Menendo Romaniz, Guncaluo Gimariz, Alzito Moniz, Homero Sefnandiz, Hermegildo Meendiz*, super terminos et diuisiones de villa *Porcas*, quam testauit *Adefonsus Petriz* ipsi monasterio jam dicto, et de ipsa villa de *Travaços*, que est hereditas de ipsis hominibus jam dictis: et uenit Dominus *Didacus*, qui tunc erat Prior de ipso monasterio jam dicto cum suis monachis et cum suis rectoribus in uoce de ipso monasterio, et uenerunt ipsi heredes cum suis exquisitoribus, et adunaverunt se simul in ipsos terminos inter ambas ipsas uillas, in presencia de *Egas Gratia*, qui tunc erat magorinus maior de *Egas Gofendiz*, qui erat Dominator et Princeps terre illius, et tenebat ipsa terra de *Sancto Salvador* et de *Tendales*, cum alia multa in suo aprestamo, de mano illo Comite Domino Enrico, et dederunt

pariter fuos divisores et fuos rectores ante ipsum maiorinum jam dictum, et contendebant contentione magna super ipsos terminos et super ipsas diuisiones, et adprehendit ipse Prior Dominus *Didacus* fuos divisores, atque percessores, qui percesserunt ei ipsos terminos antiquos, et per ipsas diuisiones antiquas, que fuerunt ab antiquis pectoribus determinatas, incipientes in illos parientes antiquos super illas canales, ubi dicetur *asinella*, et superius per illam petram scriptam, et deinde superius per ipsum pauiumentum petrarium in directu ubi statue sunt ipse petre in modum clausure, et deinceps tetendit ipsum pauiumentum in bucaqueiras per illum comarum, et inde pergit ipsum pauiumentum ad infestum fursum, in directu implicata in illum penetrum, et inde in illas cantaras, que est petra perfixa, in qua sunt cauee multe a Deo facte, et inde ad illum cauum, et inde uadit ipsum pauiumentum, et ipsa diuision in directu ad imperno, et implicata se in una petra perfixa et in aqua, et de ipsa petra descendit ipse termino in illo ribulo de *Sonosa*, et inde infestu quomodo ipsa aqua discurrit usque

usque ad cacumina ipsorum montium, et infundit super *Sancta Maria* per illa petra scripta, qui jacet iuxta illam uiam, et inde superius per illum panimentum perrarum, et inde per illa bareal, et inde per illum comaro super illum noual de *Gonsendo*: ipsi autem homines contradicebant ei, et super hanc contentionem conuenerunt sibi inuicem, et judicauerunt ipsi judices *Petro Pelaiz*, et *Didacus Gentiuiz*, qui erant judex constitutus in ipsa terra, ipsum Dominum *Didagum*, ut dedisset fidejussores sicut et dedit, per iussionem de ipsum maiorino supra dicto, per manus de suis saionibus, hi sunt *Egas Diaz*, et *Didaco Manzoris*, et dedisset unumquod suis Prioribus aut de clericis et sex alios homines laycos, et jurassent et defendissent ipsam uillam de *Porcas* cum hominibus prestationibus suis, per ipsos terminos et per ipsas diuisiones supra taxatas; et uenit ipse Prior Domno *Didacus* ad diem placitum feria II.^a Kalendas Octobris, E.^a M.^a.C.XXXX.VII. in presentia de ipso maiorino sepius memorato, et de suis judicibus, et suis saionibus, in *Sancto*

Johane de Cinfañes, et misit suos Seculo XII. juratores in ipsa Ecclesia per manum de suis fidejussores, et post hoc conuenerunt ipsi juratores cum ipsis heredibus de ipsa villa *Trauacos*, per contentus de ipso maiorino, et dedederunt pro semet duos duos modios in precio, quod illis complacuit, et dimiserunt eos liberos, et solitos de ipso juramento: defendit ipse Dominus *Didacus* ipsam hereditatem cum hominibus prestationibus suis, que ad usum ibi a Deo create sunt, per ipsas diuisiones superius prescriptas, per suum testimonium, et suum juramentum, et per judicium rectum, testimonium bonorum multorum hominum ibi adfidentium, et per ipsum plazum, et fuerunt ipsi juratores *Velasco Frogazi*, et *Piniolo Ouequiz*, *Guncaluo Truitendiz*, *Monio Menendiz*, *Sauarigo Frogaiz*, *Diago Ramiriz*, *Gundisaluo Froiaz*, *Diago Moniz*.

Cart. do Most. de Paço de Souza:
Liv. das Doações, fol. 54. col. 1.^a

N. 129. Doação de certos bens feita por *Froila Gonçalvez* ao Mosteiro de Moreira.

In nomine Sanctæ, et Individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Dominis invictissimis, hac triumphatoribus gloriois, Sanctis que Martyribus, Sancti Salvatoris, et Sanctæ Mariæ semper Virginis, Sancti Michaelis Arcangeli, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, videlicet et Matthei, et quorum reliquias ibi reconditas sunt in Acisterio vocabulo *Sancti Salvatoris*, qui est fundato in villa *Moraria*, subtus mons *Faro*, discurrente rivulo *Leza*, Territorio Portugalense: ego humilis famulo Dei *Froila Ganjaluiz* facio textum scripturæ firmatatis ad ipsum

locum *Sancti Salvatoris* de haereditate mea propria, quæ habeo de avio-² K. rum, et parentum meorum, sive de Sept. ganantia, quinta ad integra, si habuerim semen, et si semen non habuero-¹¹¹⁰ Ag.³; usque ad obitum meum, medietate ad integra, cum quantum in se obtinet, et aprescritum hominis est: et fine ipsa medietate, do ad duos filios, que habeo, una femina, sine lumine, et altero masculo des concubino, alia medietate, quæ tenent eam in vita sua, et post obitum eorum, si semen non habuerint, retraant eam ad ipsum testamentum: et de ganato mobile medietate integra do atque concedo ad. O ii ipsum

XII. Seculo ipsum locum Sancti Salvatoris pro ad tolerancia fratrum , et monacorum , qui boni fuerint , et vita sancta perseveraverint ; et non sedeant australis vindere , nec donare , nec teſſare , nec in ulla parte mittere : et si aliquis tamen qualibet generis homo , filii , aut nepti , vel consanguinibus meis , qui hunc factum meum infringere voluerit , in primis fedat excommunicatus et maledictus , et ad corpus , et fanguinem Domini nostri Jesu Christi fedat segregatus , et cum Datan , et Abiron , vel Juda traditore abeat partecipio in eterna damnatione , ubi tartarus semper habitat , et a parte ipsius testamenti pariat , quantum sursum resonat , in duplo , et ad judicem , qui illa terra impera-

verit , alio tanto in iudicato , et duo auri talenta : et hunc factum meum habeat roborem , et obtineat sumitatem . Factum feriens testamenti notum die erit secundo Kalendas Septembris , Era millesima centesima quadragessima octava . Ego humili famulo Dei Froila Gonsalvizi in hanc feriens testamenti a milii factum manus meas roboro . Pro testibus : Menendus testis . Diagru testis . Egas testis . Iohanne testis . Menendus Gonsalvizi quos vidi . Monius Passuriz quos vidi . Menendus presbiter confirmo . Suarius presbiter confirmo . Pelagius presbiter notavit .

Cart. do Most. de Moreira : Original.

N. 130. Doação ao Mosteiro de Vairão feita por Trutefindo Dias , e sua mulher Senior , de varios bens na Villa de S. Pedro , de Fajões .

1148
5 Id.
Dec.
—
1150
9 Dez.

CHRISTUS. In nomine Patri , et Filii , et Spiritu Sancti , et Individuæ Sancte Trinitatis , regnantis in secula seculorum amen . Obiitinde famulo Dei Trutefindo prolix Didagu , et Senior , in Domino Deo eterno salute amen . Facimus testamentum in honorem Sancti Salvatoris , et Sancte Marie Virginis , et quorum reliquie ibi recondite sunt in Acisterio Valeria , de villa nostra propria , quos vocitant Sancto Petro de Fajões , de ipsa ereditate , quos fui de patre meo Didagu Vermudizi et avorum meorum Vermudu Fagiliz des ipso ribulo , quos vocitant de Eldonça , medietate integra , usque fere in Basanir , et de alia parte in Amintello , cum quantum in se obtinet , et a prestitum omnis est , ubique illa potueritis invenire , pro suis terminis et locis antiquis , et abuimus ipsa ereditate de parentorum et aviorum meorum , extra ipsa rotela , quos fuit de Didagu Vermudizi . Damus adque confirmamus ad fratres , et ad sorores , et ad clericis , qui boatos

fuerint , et vita sancta perseverarent , abeant et posideant pro remedio anime mee . Si quis tamen , quod fieri non creditis , et aliquis homo veneri , vel venerimus , contra hunc factum nostrum , incumpere quiescerit , et qui tales ausus comiserit , presentet eum Dominus , valida terribilis subsequatur , et con Juda traditore abeat participio , et pariat post partem Rex , aut Comite , aut qualibet homo de illa terra imperaverit , duo auri talenta , et ad parte ipsius testamenti , aut a qui sua voce pulsaverit , quantum inquietari , in quadruplum , et iudicato . Facta feriens testamenti die erit v. Idus Decembbris , Era millesima c. XXXXVIII.² Ego Trutefindo prolis Didagu , et Senior in hanc feriens testamenti manu mea r̄vororavi . Petrus Aba Judex qui tenet Lex Codorum confirmo . (Col. 1.²) : Qui preses fuerint : Gondalbo testis . Mendo testis . Trutefindo testis . Suario testis . (Col. 2.²) : Mendus presbiter quos vidit . Petrus presbiter quos vidit . Odarius pres-

presbiter quos vidit. Idem Mendus mo. Sisnando Pelaiz confirmo. In Secula presbiter quos vidit. (Col. 3.^a) : venandus notuit.

Vernuado Didaz confirmo. Mendu

Didaz confirmo. Didagu Gotatiz

Cart. do Most. de Vairão: Maç. 7.^a

confirmo. Gundsalbo Didaz confir-

dos Pergamin. antigos, N.^o 16.^a

N. 131. *Doação de todos os bens bavidos, e por haver, que ao Mosteiro de Moreira fez Sueiro Ataniz.*

In nomine Domini, qui cum aeterno Patre, et Spiritu Sancto in personis Trinitus adoratur, et colitur, et in magestate veneratur unus idemque Deus. Non est ambiguum, sed omnibus hominibus nostris in partibus commorantibus mane pectatum, eo quod ob honorem, et reverenciam mundi Salvatoris, et aliorum plurimorum sanctorum, quorum reliquias ab Episcopo Domino *Hugoni* reconditae dinoscitur ubi ipsa Ecclesia est dedicata, discurrente Era centessima quinquagesima peracta millesima, habitante ibidem Abbate Domno *Menendo*, ipsis Ecclesiae fundator, in loco, qui dicitur *Moraria*, subitus mo , discurrente rivulo *Leza*, prope litore maris, Territorio Portugalensis: ego enim indignus, et negligens, et desidiqüs, plenus peccato *Sueiro Ataniz*, timens, et pavens, extremitatis meæ diem prævi-

dens præsentari, et judicaturum me 1150
que creavit omnia, insuper quoque pariat illi, qui vocem hujus testamenti pulsaverit, sicut lex docet Gotorum, in quadruplum, et Imperatoris aliud tam in judicatum. Supra dictas vero ipsas hereditates jubeo cum omnibus prestationibus suis. Facta series testamenti sub E.º M.º C.º LXXX.º VII.º Ego *Martinus Moniz* in hoc testamentum propriis manibus meis roboro. Pro testibus : *Menendus testis*. *Gunsalvus testis*. *Monius testis*.

Carr. do Most. de Paço de Souza : Liv. das Doações, fol. 24.col. 2.^a

N. 195. Doação ao Mosteiro de S. Salvador de Vairão por Sesnando Paez e sua mulher.

In nomine Domini , et individuae Sanctæ Trinitatis , Patris , et Fili , et Spiritus Sancti . Dominis invictissimis , ac triumphatoribus gloriosis , Sanctisque Martinibus , Sancta Mariæ semper Virginis , et alia reliquias , quæ ibi sunt reconditæ , in cuius domum et honorem fundatum est Aicterium Valeriani locum Sancti Salvatoris , subitus Castro de Bove , discurrente rivulo Ave , Territorio Portugalenſi : nos famulos Dei Sesnando Pelaiciz , et uxor mea Maria Gondesindiciz placuit nobis , ... animo , et tremendum diem magni iuditii , et mortis subitania , ut faceremus testamentum firmatatis ab ipsius loci Sancti Salvatoris nostra hæreditate , quam abemus in villa Azevedo , illa hæreditate , quam ganamus de Pelagio Suariociz , que fuit de varzena integra , cum quantum ipse obtinet , et aprefstatum hominem , pro remedio animas nostras , ut habeant idem ad tollerantia fratum vel fororum , qui ibi habitantes fuerint , et vitam monasticam tuerint , possideant in seculum secu-

li ; et ipso naserio de ponte III quart¹¹⁸⁷ tas , et habeat illo Goncalvo monaco , N. Apf. que modo Abate , in sua vita , et post obitum suum torneſſe ad ipsum ¹¹⁴⁹ 5 Abr. monasterium . Si quis tamen , quod fieri , et aliquis homo venerit , tam progenie , quam extraneis , qui hunc factum nostrum irumpere quæſierit , et quale ausus comiserit . . . sit excommunicatus Domini , valide detestabilis , et cum Juda traditore habeat partem in æterna damnatione , et Datañ , et Abiron , qui propter suos scelos terra eos vivos abſorbut , et pariat post parte ipsius monasterii , quantum inquietare , in quadruplum , et insuper duo auri talenta Domino terræ , et judicato . Notatum die Nonis Aprilis E. M. C. LXXXVII. Ego Maria Gondesindici in hanc series manus meas r+ouoro . Qui praesentes fuerunt : Pelagio Oſorici . Garſea Oſorici . Petro Jolanes . Gondafaluo Petri notuit . Et una larea in fonte de Valvar .

Cart. do Most. de Vairão : Maç. 3.^o
dos Perg. N.^o 1.^o

N. 196. Contrato entre Mendo Gonçalvez e sua mulher , e o Mosteiro de Moreira.

Ego famulo Dei Menendo Gonçalvoz , et uxor mea Godina Randufici , placuit nobis , per bona pacis , et voluntas , ut faceremus , sicut et facimus , a tibi Alphonjo Tructefindiz , et ad ipso Monasterio de Moraria , plazo de ipsa hæreditate , quæ comparavi de Moraria ipsa , et alia quanta que ibi habeo ; et ego Menendo Gonçalvici , et uxor mea Godina Randufici habeamus ipsa hæreditate in vita nostra liber fina nul-

la calumnia , nisi homicida , aut merda in buca , aut rausu , quod sun- ¹¹⁸⁸ quam ego Menendo cambada , aut ¹¹⁵⁰ Godina Randufici sedeamus de alio senior , nisi de ipso Monasterio , et post obitum vestrum veniat at ipso Monasterio liber integra fine alio senior , et si inde aliter fecerit , aut de alio senior fuerit , que pariat ipsa hæreditate duplata , vel tripada , et si de ipso Monasterio ipso plazo exierit , que devendat ipsa hæreditate ^{cunct}

SECULO XII. cum uno de ipsis hereditarios, que
aman ipso Monasterio in vita sua,
et post obitum vestrum veniat ad
ipso Monasterio, pro remedium ani-
mas nostras. Ego **Menendo Guncal-**
vit, et uxor mea **Godina Randufici**
veniamus ad ipso Monasterio ad fe-
pultura. Et si inde aliter fecerimus,
que parjamus ipsa hereditate, que
suum resonat. Ego famulo Dei **Me-**

nendo Gumcalviz et uxor mea Godi-
na Randufici a tibi Alfonco Truble-
sindiz, una pariter cum sociis ves-
tris, in hunc plenum manu nostras
roboramus. Era millesima cenelessima
octogessima octava. **Pelagio testis.**
Suaria testis. **Garcia testis.** **Mo-**
nendus Presbiter pinxit.

Capt. do Most. de Moreira : Original.

N. 197. *Vida de S. Senhorinha de Basto.*

*Vita Beatae Senorinæ Virginis de-
sumpta ex antiquissimo exemplari
quod in ipsa Ecclesia Baſteni ob-
servatur.*

*Sem da-
ta.*

AURIBUS fidelium, dilectissimi;
laudes Domini, et virtutes ejus
narrare volentes, beatissimæ virginis
Senorinæ venerabilis vita nos læti-
ficat, quæ in materiam laudis Dei
omnipotens Dominus nostri Iesu Christi
plena virtutibus occurrit. Quam ut
digne investigare et propalare possi-
mus, ipsum Deum, et Dominum noſ-
trum Iesum Christum, cretorem, et
gubernatorem totius creaturæ, humili
prece, et devotione deprece-
mur: quatenus ille, a quo cuicunque bona
procedunt, in quo oculi omnium
sperant, et eis escam tribuit in op-
portuno tempore, nobis aperię di-
gnetur janua misericordiæ sua, ut
quicquid cordis nostri meditatio in
eius laudibus inchoaverit, ipse sua
virtute, et gratia nobis adimplere
perficiat; ipse quidem docet homi-
nem scientiam, et replet omne animal
benedictiones; filius etenim ipsius
est dare ignorare scire, et nota, et
intellecta pleno sermone exponere.
Siquidem haec virgo beata ex nobilibus,
et christianissimis nata parentibus,
sacramentis ecclesiæ regenerata,
et confirmata, ut fide Deo, sic
moribus, et vita ab infanthia sua omni
tempore placere studuit. Ornavit mo-
ribus propositum, et quod Deo vo-
vit, animam, et corpus immaculata
custodivit. Post cuius ortum, matre
ejus defuncta, **Auulfus Comes pater**
virginis, regenti morte uxor tristis
et moestus, paruulam sibi filiam con-
solandi gratia repreſentari jubet. Quam
ut in nutricis manibus deportata
videt, ut nos dolentium est, suspi-
rans, et lachrymans **Senorinam** eam
vocavit: ex brevitate corporis dimi-
nitum ei nomen imponens; qui
etiam ei cum lachrymis dixit: **Filia,**
Christo Deo te offero., et ipsi re-
commendo; ipse enim in conspectu
suo vias tuas dirigat: nutrici quo-
que ait: **Vade, curam illius habe,**
et omni, diligentia custodi, et fove.
Educata denique a nutrice, ut dece-
bat, in domo paterna ablectari filiam
patris placuit. Quam confestim cui-
dam religiosæ foeminæ **Godinæ** no-
mine nutriendam dedit. Quæ eam
bono animo suscipiens, in loco spi-
ritualis filie adoptavit, cuius nomen,
quia non ignoratur a religiosis per-
sonis, hoc verum non dubitatur;
quia cum ... perverius perit; et iusto-
rum justus societatem querit. Qua-
les etenim quisque fovei, talis esse
presumitur. Sanctimonialis ergo fo-
mina, ut erat sanctæ callidatis, et
solerter ingenii prædicta, tentavit in
auribus virginis feminare, et tracta-
re quanta esset virginitatis gloria,
et quam decens et placens hostia
corpus

corpus sanctum , et castum , animamque immaculatam Deo offerre ; dicebat enim : Fecunditas implet mundum ; virginitas vero paradisum : castitas sibi Angelos associat , conceptio vero , et partus sibi cum dolore ac labore filios adjungit : honesta pulchritudo regem Angelorum in sponsum accipit , qui thalamum ei in caelesti regno preparat : gloria virginitatis in celo multos fratres conjungit cum Christo : cuius arrhae et amor simul atque manum , aut cor cuiusque virginis tangunt , amorem continuo hujus mundi ita expellunt , ut ejus proflus nulla lubeat memoria : jam vero sponsus huic similis in toto terrarum orbe nullus ; et qui cumque pro ipsis amore in terris angustias , difficultates , cruciatuque pertulerit , in caelesti domicilio jucundissimus aeternae gloriae epulis perfruetur : hic sponsus est Angelorum creator ; hic celorum dominus . Haec assidue ad discipulam magistra ; quibus ejus animum usque adeo delinavit , ut divino amore vehementer sit incensus , ac inflammatus . Emittitque suspiria magna , copiam lachrymarum profundebat , et ad Deum conversa : O' altissime , inquit , rerum omnium procreator , utnam tibi placet , Domine , hujus pauperimæ peccataricis cantus in numero et societate famularum tuarum accipere , ac ipsam mereri , te solum diligere , te timere , tibi infervere , tibi placere , eaque querere , que ad tuum honorem , que ad gloriam , que ad virtutem , que ad voluntatem pertineant : Tu enim scis abscondita cordis : tibi non cor factum unquam , sed contritum et humiliatum placet : dignare obsecro , Domine , preces meas exaudire ; desiderium enim meum tibi patet : prospice servæ tuæ , et quicquid de illa facere volueris , misericorditer , Domine , facito . Haec apud sancta puella cogitans voluntatem suam homines celabat : unicum enim desiderium ipsius erat Domino servi-

re . Miserere , aiebat , Domine , miserere mei , te enim contemplatur anima mea . Huic vita sanctimoniarum studens beata virgo ad ætatem septem annorum pervenit , quibus completis , cum Deus hujus margaritæ splendorem aliqua labore infici , et contaminari non permetteret : factum est ut filius ditissimi Comitis , et a stirpe Regia oriundi adolescentis electus eam in conjugem petierit , quæ etiam verba ipsa audire recusans , inio hujusmodi precibus molestia affecta , ait , Egregie adolescentis , ne me decipias , abi , aliam tui similem quære , hanc tu præcibus et promissionibus delinito ; de cætero tibi confirmo , non esse te mecum , nec domo paterna forte habiturum . Quibus auditis adolescentis admodum erubescens , atque iratus ad virginis patrem idipsum defert : accedit ad filiam pater , et sic ad eam : Quare , inquit , filia , tam nobili adolescenti nubere recusas ? Cui beata virgo signum sanctissime crucis ostendens , Quid est , inquit , pater mi , quid est hoc ? nonne mihi præstantissimum sponsum , et dominum elegisti : nonne me Deo Optimo Maximo obtulisti ? Haec dicens beata virgo oculos demittit , et lachrymatur . Recordatus autem pater promissionis Deo facta suassione supersedet . At cum ipse nocte illa cubitum discessisset , secumque quæsisset , quidnam Deus de puerla fieri vellet , præ anxietate obdormiit . Ecce Angelus Dominini appetet ei : O' fidelis , inquit , Comes , noli timere , noli noctes informes ducere , ob ea , quæ filia tua Deo , cui eam obtulisti , vovit : Dominus enim ei præparavit nuptias , et thalamum in regno celorum , ubi sempiterna gloria perfruetur : nam quod votum tu et filia tua emisisti , nullo modo revocabitur : non homini enim , sed Deo promisisti , nec illud privatum , sed ratum , et solenne habeto : an ignoras illud , quod David divinitus ait ? Vovete , et redite Deo vestro . Noli ergo & filia fru-

SECULO
XII.

fructum mortis , et tristitiae , sed gaudi , et laetitiae exposcere : ipsa enim sponsum immortalem quæsivit , ac sibi elegit , fructum igitur vitæ pariet : viatum temporalem tu igitur filia tua suppedita , Deus vero spiritualem providebit . Benedic filia rure , quia viam Dei ingredi vult , ut ab ea postea beneficii merearis . Ille enim filius est altissimi imperatoris , cuius filia et sponsa vocari filia tua merita est . Postero autem die , cum primum illucesceret , pater filiam convenit , quem ipsa benigne excipiens (tinebat tamen in iram ejus incurrere , statuerat enim votum servare) ac complexa , ait : Quare tam cito huc , pater mi ? At ille Angelico monitu , voto , et benedictione filia letus , hilari vultu , libentique animo ; Ego , inquit , filia mea , huc accedo , ut quoniam viam Dei ingredi studes , ea , quæ tibi sunt necessaria , prepararem . Quo auditu se ad pedes patris projicit , dicens : Gratias tibi ago ingentes , Jesu Christe Rex potentissime , tu enim Domine , qui es misericordia , et clementia ineffabili , genitus , et preces ad te clamantium exaudis . Tuin pater e solo eam levans , ac benedicens , ait : O' Domine Jesu Rex æterne gloriae , qui super Apostolos tuos Spiritum Sanctum emisisti , emite , obsecro , gratiam tuam super hanc pueram , ut ipsa toto corde te et ore confiteatur , te unice diligit , te desideret , te amplectatur , ac animo leto , et voluntario usque ad extrellum judicii diem te ita cupiat , ut una cum cæteris virginibus in coelesti beatitudine te ipsum accipere , ac cum sua præclara lampade tibi obviam procedere mereatur . Tunc præfutes omnes dixerunt : amen . His ita actis , pater et filia , et omnes qui aderant , ad Ecclesiam se conferunt , et sancta nutrit , cui virgo erat curæ , posuit super altare velum , quod moniales gestare solent , et a sancta puella illoco acceptum flexis genibus in signum virginitatis capitū suo imposuit , et omnes flentes , ac ipsa

cum magna alacritate animi Deum immortalem collaudarunt , qui sapientiam parvulis , qui foemino sexui admodum debili fortitudinem et animum præstat . Itaque admonitus ab Angelo pater , excogitabat , quas terras , quæ prædia filia ad vitam humana sustentandam relinqueret . Reliquit igitur tres Ecclesiæ , ex quibus alimentum existeret , et ad quas recreandi animi gratia se conferret : dicebat nanque pater , quodsi ipsa interdum ex alia Ecclesia ad aliam veniret , commodius posset in proposito perstare , idque ad exitum perducere , quia si semper uno in loco commoraretur , forte tædio , et fastidio affecta ocyus relinqueret ordinem , et aliquid minus rectum admitteret , ut aliis mulieribus accidisse aiebat , idque voletab propter mobilem animum , fragilemque mulierum conditionem : verebatur enim ne filia positum aliquo scandalum macularetur . Atqui veneranda *Godina* virginis præposita , nomine ipsius Ecclesiæ accepit , præfecitque eis exactores , qui necessaria subministrarent , quærum duas sancta virgo locupletavit , et multis virtutibus ornavit : tertianverò propter difficultatem itineris , et fluminis concitatissimo cursu labentis , in quo multi periclitabantur , reliquit . Post hæc virgo octavum annum compleps , habitum ordinis Sancti Benedicti assumpsit : cum vero ad quinquagesimum et octavum ætatis annum pervenisset , ex hoc mundo in illam æternam felicitatem migravit ; quæ fuerit ejus virtus , qua perfectione extiterit , quam vitam degerit , postmodum dicam . Cum *Godina* animadverteret , preces , quas ad Deum pro hujus sanctæ virginitate , et fœlici successu fudisset , esse a clementissimo Deo exauditas , pro tanto beneficio gratias agens , Benedictus es , inquit , Domine , creator cœli et terra , qui inspicis corda humilium , et eorum preces exaudis , nec eas revellas : Tu enim , Domine , pie-

pietatis tuæ femina magnis et paruis corporibus tradis , ut duplicitos ex virginæ voluntate fructus capias , cum tibi , Domine , valde placeat virginitas cum vera humilitate conjuncta . Te ergo obsecro , Domine , providere dignare huic Virginis tuæ ab infânia jam tibi oblatæ , emite quælo super illam spiritum sanctum gratiaæ tuæ , cuius numine , et providentia protegatur , ut cum illa sint diliciae tuæ , fructumque ex ipsis charitate , et obedientia percipiatis . Posthæc veneranda Nutrix jam palam disciplulam suam instruit , eamque optima disciplina , et castigatione erudit , statutis regulæ suæ informat , facrofancta Dei præcepta docet , exponit libros Divi Ambrosii , et aliorum Sanctorum , et alias Ecclesiæ , et ad ejus ordinem pertinentes , ut ipsa facilius Sacram Scripturam intelligere posset , quos ita addidicit Virgo , ut per spatum unius anni sciverit , et memoria tenerit (quod erat mirandum) lectam præterea , et acute intellectam regulam Divi Benedicti , cuius Ordinis ipsa erat , memoriae mandavit , quod mirari nemo debet ; spiritus enim Domini ubi , et quomodo vult , spirat , et operatur . Dicebat præterea veneranda *Gaudina* puellæ : Filia mea charissima , scito hanc regulam Divi Benedicti esse matrem nostram , quæ licet in principio admodum sit aspera , et angusta , in finem tamen latissima est , atque jucundissima , et quicunque integræ , fidelerque servaverit , dummodo sit obedientis , in montem Domini , et domicilium ascensurum . Ea enim est obedientiæ virtus , atque bonum , ut celos transcendat , et hominem in illam gloria æternæ felicitatem perducat , quam primus pârens omnium nostrum Adam , ob inobedientiam divinum præceptum violans , amisiit , et quicunque fidelis obedientiam ex animo habuerit , decipi a Dæmonie non posse . Quæcum prudens Nutrix doceret , omnia attente Virgo audiens , mirabiliter in corde suo conservabat . Cum autem Secunda aliquando , ut Nutrix orationi vacatura ad Ecclesiam se contulerit : cumque paululum immoraretur , nata est *Senorina* cilicum , quod Nutrix gestare solebat , accepioque cinxit ad cutem corpus suum ; reliquis vestimentis cooperiens , quod simul ac induit , cum esset admodum asperum (erat quippe ex pilis capitinis confectum) nullum sibi ex omnibus vestimentis unquam , nec suavissim ; nec jucundius est visum , maximeque optabat id omnibus diebus vitaæ suæ gestare , si esset a magistra relatum ; vel aliud simile , si reperiire posset . Ast cum ab Ecclesia rediret Nutrix , in limine ostii offendit puellam folito lætiorem : quam Virgo complexa , Obsecro , inquit , te , mater charissima , ne quicquid hodie à te petiero , recuses , et meo desiderio opitularis , quod in me incepisti , libenter perficias . Existimans autem *Gaudina* petitionem Virginis fore honestam (sciebat namque esse culpe expetem) Pete , inquit , filia , quicquid volueris , sum enim tibi morigeratura : tunc beata finum discooperiens dixit : Dominus me induit clarissimo , et candidissimo velitu ; fasciaque aurea præcinxit , posuitque manum suam super me , accepit me sponsam suo anulo , jugum ejus mittit , manus ejus collo meo , onus ejus mihi leve , suavitas illius in me dulcior melle : obsecro igitur , charissima mater , ne hanc vestem mihi eripias , ut videre merear Salvatorem meum Jesum Christum cum in extremo judicii die venerit . Hæc autem considerans Nutrix demittit oculos , et ait : Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis , tu enim cognovisti pigmentum nostrum , adjuua , Domine , infirmitates nostras . *Senorina* autem imitari magistram exoptans , ac se Deo totam mancipare contendens , orat , ut per magistram sibi licet singulis quibusque Mercurii et

Seculo XII. Veneris diebus, omnibus cibis, excepto pane et aqua, abstinere. Attendens autem Nutrix ad æatem puellæ, jejuniūque esse impar viribus ipsius, considerans, solum permisit diebus Veneris jejunare, quem usum frequentavit Diva ad decimum usque annum. Vitæ Sanctorum ad instantiam Virginis, sermone paterno legebantur, ex quibus intellexit, quos cruciatus Martyres pro Jesu Christo subierunt, et quomodo Dæmones Christi inimicos per martyria vicerunt, et magna edens suspiria dicebat: Ut quid audio cruciatus; victorias martyrum Jesu Christi, et quo pacto ipsi Deomenes Jesu Christi inimicos per Martyria superarunt (ingentes agebat Deo gratias) siquidem eos non imitor? His *Senorinae* diu multumque affecte dixit *Godina*: Te sollicitam, et tristem jam diu esse reor, causam rei ignoro. Cui Virgo: Mater Domina, nulla sane me hujus mundi cura tangit, sed cum vitas Sanctorum audio, cum animadverto cruciatus, quibus Martyres pro Jesu Christi amore sunt affecti, et nihil tale in me reperiā, valde mihi peccatrici timeo: ignoramus quomodo in cœcum, ac societatem Sanctorum Martyrum admitti possum. Quod cernens *Godina*, eam amplectitur, et confirmare cepit, et ait: Jacka cogitationes tuas in Deum, et ipse te cogitationibus, et anxietatis hujusmodi liberabit, quia Sancti Martyres non solum propter sanguinem amore divino effusum regnum cœlorum sunt consecuti, nec ob id solum ceteræ Divæ coronam victoria merita sunt; sed etiam propter cor contritum, et humiliatum cœlestem beatitudinem obtinuerunt; cor enim costritum ob peccata, et humiliatum erga Deum, est sacrificium, victimæ, et oblatio maxime accepta. Nam multæ virgines, confessores, monachi, heremita, qui nunquam sanguinem propter Deum effuderunt, in claustris, ac ædibus vitam degerunt, attamen ob præclaras actiones vita eorum Deo maxime placuit, et in illum felicissimum beatorum cœcum, ac concilium glorioſissime sunt relati. Tu vero filia, audi consilium meum, nec ob tua facta, et cogitationes (quamvis honesta) pertuberis. Dico autem tibi multum cuni inimico esse pugnandum: tres enim inimicos habet homo, cum quibus dies, noctesque est configidendum: primus scilicet est mundus, secundus diabolus, tertius denique propria hominis caro, quæ cum sit magis vicina, ac conjunctior, gravior est. Mundus igitur cum homine certat, ei opes, dilicias, thesauros, varios ornatus, claras preciosasque velles ostentans. Diabolus vero in hominem hanc mentem injicere conatur, ut à Deo vero deficiens, idolis cultum adhibeat, quæ cum surda, et muta sint, nec sibi, nec aliis prodeſſe possunt. Tertius autem inimicus, videlicet caro, hominem allicit ad capienda, comedendaque prohibita, et quæ sunt animæ salutaria relinquenda, ut ait Apostolus: Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem. Quamobrem si te abstineas, tunc caro contrarium concupiscet, exquisitos yidelicet cibos carnium, piscium, et alia, quæ appetitum excitare solent, vina præterea optima: imo si nocti orationi vacatura surgere velis, aliudve tale agere, statim occurrit caro, quasi dicens: Nescis noctes ad hominum quietiem esse à Deo factas, et ad laborandum diem? siquidem nox est, quiesce, et dormi. Detur præterea, ut jam ores flans, aut genibus flexis, tunc caro tibi sic fuggeret: Sede, iufana, sede, preces enim Deo ut flando, sic sedendo fundes, idcirco sedeads, et quieſcas, nec tantum negotiis tibi facessas; si autem evigilare volueris, oculorum aciem amites, corpus conficies. Et hoc modo caro erit non serva, ut debet, sed domina; nam à spiritu caro, non a car-

carne spiritus regi debet. Tunc *Senorina* ad Nutricem: Domina, inquit, mater, jam ex nunc serva dominæ auxilietur, ita ut cum ætas ad adolescentiam pervenerit, caro non superbia efficeretur. Jam vero si carnem meam cibi, potusque parcitate mace-ravero, multisque flagellis affecero, certo scio ancillam dominæ esse obsecuturam, nec unquam adversus eam fese elaturam, et deinceps Agar dominæ suæ, Ismael autem Isaac domino suo obtemperabit. Hinc jam Virgo valde modico, tenuique cibo utebatur, nam diebus Mercurii, et Veneris solo pane et aqua reficiebatur, totaqua quadragesima, tribus exceptis diebus hebdomadæ (quibus tamen parce ac moderate) jejunabat; carnem suam quotidie tandem flagellabat, quandiu septem Psalmi penitentiales recitari poterant: reliquo vero anni tempore carnis et vino abstinebat, qui etiam eo devenit, ut quibusque singulis diebus unica tantum refectione aferetur, exceptis dominicis diebus in honorem sanctissime Jesu Christi resurrectionis. Hanc Virgo vitam degebat usque ad ætatem quindecim annorum (quo tempore suam quisque menteat, et quem vitæ statum eligere malit, ostendit) et tunc beata Virgo cum omnia mundi fluxa, et caduca, et temporis permutationi subjecta esse putaret, viam rectam, relicta contraria, elegit, et præteriti laboris oblita ad maiorem vitæ abstinentiam pro divino amore aspirare, omneque vitæ tempus in Dei obsequio ponere conatur. Nam cum ipsa sentiret carnem non sati esse domitam, nec obedientem, sed sibi adhuc cum ea, tamquam cum fera aliqua iudomita, esse pugnandum, sibi ipsi vim infert, lumbos suos fortitudine cingit, brachia Dei misericordia firmat, et tunc ad Dominum clamans: Ne, Domine mi, ne me, inquit, superbia, nec manus peccatoris moveat. Tum ad acerborem vitæ statum, per jejunia, orationes af-

pirare contendens, proposuit se, dum *SECVL^o* XII. viveret, non alio cibo uloram, nisi pane exigua aqua confecto, ciuere, et sale admixto, ita ut tertia pars esset ex farina, tertia ex sale, alia vero tertia ex cinere, quo cibo semel in die tantum utebatur, dominicis diebus exceptis. Cumque ejus manus essent admodum largæ, ac propensæ ad elemosynas pauperibus erogandas, erant non minus paratas ad corporis propter Deum verberandum. Op' novum Virginis martyrium: ita se ipsa verberibus afficiebat, ut corpus, cilicum, et pavimentum sanguine madeficeret, quem ipsa divino amo-ri inflammata libenter aspergebat; tantumque operæ et temporis in oratione ponebat, ut genua ipsius cal-lum contraxerint; innumeris colaphis, et vulneribus faciem afficiebat: hoc martyrio in corpus suum assidue ute-batur, quod sic maiorem cruciatum subiit, quam si semel unico supplicio, neceque esset affectum, quemadmo-dum Martyres, quorum alii decolla-ti, alii in flammam conjecti, alii in crucem asti, alii per humum tracti, et dilaniati sunt, atque idipsum etiam Virgines perpetuae sunt. Ast cruciatus, quo hec suum corpus afficiebat mul-to maior atque acerbior extiit, quod tamen corpus meritum est esse alta-re, ex quo Deus multa, optimaque sacrificia accipit. Ac hoc modo vicit hec Virgo mundum, et diabolum, faucesque ejus pede suo conculcavit, ita ut postea nec caro, nec dæmon unquam eam tentaverit, ac ita spi-ritum suum mundavit, ut omne ma-lum, et peccatum radicus stirpare-rit, in illoque plantavit vineam ro-sas ferentem, ex quibus odor Deo effaretur suavissimus, sacrificiumque Deo acceptissimum offerretur, vineamque suam ita mundavit, ut nulla prouersus herba inutilis appareret. Quod cum adverteret diabolus, angore ni-mio conficiebatur, quia non poterat semen suum vineæ Dei mandare, nec id unquam confequi sperabat.

SECULO XII. Cum Deus Optimus Maximus hujus Virginis merita mundo patefacere , et hanc præclaram stellam , ejusque clarissimos radios hominibus ostendere vellet , ut opida finitima eorumque habitatores honore afficerentur , factum est , ut *Godina* ejus nutritrix in febris incidenterit , ex qua brevi mortua est : ad quam sepeliendam beata Virgo in Ecclesia Divi *Georgii* sepulchrum fieri , juxta quod suum etiam corpus sepeliri iussit ; dicebat namque non esse congruum , ut quæ in vita conjunctissimas essent , in morte distanti sepultura disjungarentur . Quomodo ex hac vita discesserit , dicam , si prius aliqua ex multis miraculis , quæ propter illam adhuc viventem Deus effecit , perstringam . Nam cum *Senorina* in terris degeret , et thalamus jam esset ei in coelo præparatus , accidit , ut cum Virgo orationi , et rerum Divinarum contemplationi vacaret , ad eam famula veniret , cui Virgo dixit , Vade quæsitum claram aquam ad potandum : quam actutum ē fonte allatum , manu sua Virgo benedixit : et continuo in vinum est mutata , et cum ad os admoveret , vinum esse intellexit : redarguit famulam existimans se ab ea illassem esse , et cautele vinum servans , eandem ad fontem remittit , qua abeunte , aliam et mittit , quæ primam infrequeretur , diligenterque observaret , quidnam in via ageret : quod cum diligenter ab ea esset factum , redeuntes autem ē fonte ambæ dicunt : Ad fontem perreximus ut iussisti , et manus lavimus in aqua ex qua portamus . Adhibens Diva fidem famulæ verbis , accepit aquam et manu benedicens , signum sanctissimæ crucis fecit , tunc aqua ut antea in vinum mutatur . Tunc denique serva Dei id esse miraculum , quod Deus per illam effecit , cognoscit , et sub jurejurando præcepit famulæ , ne cui , dum in vita maneret , id diceret , eique mandavit , ut incole omnes illius loci (erant enim omnes mulieres) convocarentur , quibus dixit Diva : Bibainus ex hoc vino , quod nobis Deus ob suam misericordiam dedit ; nunc benedixit vinum , et beberunt affatim . Cum tamen domum redirent , mirabantur quod Diva , præter conuentudinem , vinum bebisset , quæ in cella remanens egit Deo gratias tantas , quantas commemorare nequo : sic tamen agebat : Domine mi Jeſu Christe , hec opera ex tua pietate profecta sunt , quæ tu Domine , pro salute , et incolumente seruae tue ostendere voluisti ; tu , Domine , aquas , et cætera elementa ex nihilo fecisti ; tu , Domine , aquas à rebus omnibus separasti ; tu , Domine , aquas firmissime super terram collocasti ; tu , Domine , spiritum tuum super aquas emisisti ; tu , Domine , aquas dedisti iis , qui per eas vivunt ; tu , Domine , in aquis quæstisti omnes , qui a te defecerunt ; tu , Domine , ab aquis Noë seruum tuum liberasti ; tu , Domine , per aquas populum Israëlis , cum mare transiit , transire fecisti ; tu , Domine , aquis sceleris generis humani expianda esse voluisti ; tu , Domine , in Chana Galilææ aquam in vinum , præsentibus discipulis tuis , commutasti ; tu , Domine hodie in signum seruae aquam in vinum virtute tua convertisti : tibi igitur soli sit virtus , gloria , honor , imperium , potestas , et gaudium in saecula saeculorum amen . Cum adhuc in terris degeret Virgo , uoluit Deus aliud miraculum per eam servis suis demonstrare . Nam verno tempore cum frumentum colligitur , areæque componuntur , acceſſerunt agricolæ a Præpoto Ecclesiæ , in qua Virginis corpus postea sepulcum est , evocati ad frumentum ex palea excutiendum , et in horrea deferendum : delato jam ad aream frumento , donum se quisque eorum confert ad refectionem sumendam , ut violentius , ac nervosius omnem conatum ad rem adhicerent : erat tunc cœlum serenum , diesque adeo clarus , ut nullus undique nubem aliquam conspicari , ac prospici

prospicere potuerit, unde pluviae concessit Sanctæ Senorina; nam roga-
tu illius pluviam fudit, precibus ve-
ro hujus pluviam infuso sole cohie-
buit, et ut cor clerici mite, et se-
datum redderet, Deum exoravit ut
clericu triticum servaret. Vos vero ju-
dicate, quale horum sit praestantius
miraculum, an hoc quod Deus fecit
propter *Senorinam* in aere retinen-
do pluvias, ne in aream descendenter,
anvero illud, implorante Scholastica,
imbræ fundendo. Ego vero dico il-
lum, qui utriusque est sponsus, id
ipsum utriusque precibus fecisse. Cum
fama, et prædictio hujus Divæ in
omnes terras finitimas se diffunderet,
evenit, ut Episcopus Dominus *Ru-*
desindus virtute prædictus veniret ad
Ecclesiam *Divi Joannis de Vieira* vi-
sitandam, qui cum familiaribus suis
verba fecit de virtutibus et bonis
Dei, et Sanctorum ejus, piaxertim
de fama, et existumatione hujus Di-
væ, et de prædicta pluvia: inter
quos erant mercenarii domum tegen-
tes, quorum unus ob dictam pluviam,
quaeccederat, maledictis Divam et
Sanctos Dei capiti infectari, quia re-
liqui omnes eam, et Sanctos Dei
summis laudibus extollebant, quem
Dæmon statim invaserit, nec reliquit,
donec omnes pro eo Deum, et San-
ctos ejus supplicarunt, omnes enim
intelligebant illum ob maledicta,
quibus Deum et Sanctos ejus in-
fectabantur, esse damnatum: qui,
postquam à Dæmonre reliktus, dixit,
et confessus est coram omnibus, se
nefando ore graviter contra Deum
et Sanctos ejus delinquisse, et malum,
quo fuerit affectus, jure esse sibi in-
flictum, sed tamen quod passus fue-
rit, fore sibi in animæ salutem. Un-
de sciendum est, quod huic conti-
git, non esse factum, ut supplicium
Deus de illo sumeret propter scelus
commisum, sed ut cæteri á tali in
Sanctos commitendo deterrentur.
Deinde ex hoc Deus demonstrare vo-
luit, quanta sit patientia, quanta
charitate in Sanctos suos. In hac Ec-
clesia

S E C U L O clefia immorata Diva est aliquot dies , XII. cum vero aliuncta deficerent , præparabat se ad in aliam Ecclesiæ iter faciendum , idque advertens Ecclesiæ Præpositus , inquit : Domina , nullum relinquis nec panis , nec vini ad operas viictum ? Et tunc cum no-stesceret , clericus Præpositus domum discessit , preces adhibet Virgo Deo , ut dignaretur operis Ecclesiæ prospicere . Mane autem facto operæ in-venerunt ad ostium Ecclesiæ sex bonaæ farinæ sarcinas , quantum portare possent sex camelii , qui etiam vestigia camelorum reperta sunt , qui vero eos duceret , aut reduceret , ignoratur . Ceterum mercenarii miraculum hoc Divæ dixerunt , quæ gratias Deo agens vocat Procuratorem Ecclesiæ ad servandum panem a Deo missum . O amici , quanta est Dei clementia , quanta ejus misericordia ! a nullo alio id esse factum , nisi a Deo , qui Abraham agnum ad sacrificandum dedit , Elias panem cum indigeret , filiis Israel manna in deserto , quis ignorat ? Ipse enim Dominus Sancte Virginis hunc panem suministravit . Postea Diva commeatus huic Ecclesia relinquens , statutum iter fecit . Et ut adhuc Deus manifestaret Virginis virtutem familiaribus ejus , evenit , ut cum ipsi iter facerent , lacum magnum , cui nomen *Carrezeda* , ranis refertum offenderint , tunc præcepit Diva clericis , ut solebant , canere , quod ipsi libenter exequi volentes , propter coaxantes ranas non mutuo se audiebant , quod advertens Diva , manum tollens : Vermes , inquit , mali , et infructuosi , ac inutiles , filete , et obstatre nolitote Dei obsequio . Ecce silent ranæ , et lacum deserentes alio petunt . In hoc miraculo familiis fuit Virgo Divi *Martini* , qui mergos a paludibus abire , et alias terras petere jussit , qui statim Divo obtemperantes , devolarunt . Quod siquis ratiocinari vellet , ranam et mergum speciem Dæmonis referre coiperiet : uterque inutilis est ; mergus enim damnum infert , rana vero coaxat . Cum fama hujus Divæ divulgaretur , ad eam veniebant infirmi , pedibus ac manibus capti , quos cum manu attingeret , valetudinem recuperabant . Hoc tempore contigit , ut prædictus *Rudefindus* Episcopus Dominus , et hujus Divæ studiosus , ex hac vita in illam felicissimam excesserit , et cum tunc *Senorina* horis matutinis vacaret , easque cum cœteris monialibus completeret , audivit cœlitus suavissimas , jucundissimasque Angelorum voces , quærenses quidnam hoc esset , divina revelatione intelligi esse animam hujus Episcopi , quam Angeli Deo offerabant . Tunc Virgo dixit suis sociis : Audistis ne quidquam ? Minime , illæ . Tunc Virgo ex famula vocata querit , si quid audierit . Cui famula , audio , inquit , in cœlo voces , quid autem sit , ignoro . Tunc Virgo Dominus noster Episcopus *Rudefindus* à morte ad vitam , ex labore ad quietem est translatus , idcirco Angeli per aerem ascendunt canentes , et dicentes Gloria in excelsis Deo , ac maxima lætitia perfusi animam Episcopi deferunt . Hora autem , in qua id factum est , et dies notatur , et de facto exquiri jubetur , an Episcopus in illa hora dececerit , et ita accedit se ac Virgo præixerat , denuntiatur : ex quo incredibili lætitia Virgo afficitur , siquidem anima Episcopi Domini sui foelicitatem illam ineffabilem , ac sempiternam esset consecuta , et quam maxime potest Virgo Deum orat , ne bonis spiritualibus privetur . Affirmo præterea vobis hanc Divam , quantum in se erat , conari opera misericordiae , et caritatis exequi ; ipsa enim infirmorum curam habebat ; ipsa Dæmones manuum surum tactu ab hominibus ejiciebat ; diaboli fugabat ; cœcis aspectum restituiebat ; claudis , ac pedum virtio afflictis gradienti facultatem dabat ; surdorum patefactis auribus auditum influabat : omnibus denique quodcumque

que misericordiae opus implorantibus praestabat. Haec autem faciens, deficere, et defatigari coepit, nec ut ante tot labores suscipere poterat, Deumque obnixe obsecratur, ut sibi concedatur custodia levari, carcere, quo detinetur, cripsi: et illa nocte facta est caelitus ad eam vox, sic: Veni amica mea, et tibi coronam meam imponam, Dominus enim Deus concupiscit decorum tuum. Ex quibus verbis et ex obitu Episcopi, a se vilo, praesagivit Virgo postmodum se ad Deum Jesum esse excessram. Sacerdotes accersiri jussit, animum suum venerandis Ecclesie Sacramentis munivit, sacrofancatum Christi corpus, cui totam se devovit, accepit. Quibus actis, dies festus Sancti Georgii Martyris evenit: tunc convocati praecepit clericos finitimos, personas quasque religiosas, et homines, et mulieres, quibus illa dixit: Gaudete, et laetamini propter meum gaudium, et laetiam, hodie enim ex morte ad vitam, ex labore ad quietem transferar, quoniam Dominus meus Jesus Christus me ad se vocavit, ut cum illo vadam. De hoc omnes admirabantur, et Psalmos, et Hymnos cantare non cessabant. Sanctavero admodum laeta ac firma cubans praesiebat horam, in qua spiritum ad Deum esset emissura, quem Jesus Christus accepit, eumque ante Deum Patrem praesentavit, quem Diva summe laudans, eique eximias gratias agens pro amicis suis orat, atque etiam ipsa Virgo virginum Deipara et omnes Sancti et Sancta regni coelestis cum Sancta Senorina ineffabili gudio atque letitia perfunduntur: et Sancta Dei Genetrix quotidie Deum rogit, ut ipse flagitorum superbiam comprimat. Vos vero, amici, haec Virginem, quae jam cum Deo Patre regnans non cessat pro suis amicis, et studiosis Deum orare, obsecrare debetis, ut ipsa, qua est bonitate, pro nobis preces Deo adhibeat, et pro omnibus, qui

in illa habent fiduciam, ut et illi, Secunda XII.
qui angustiis et angoribus premuntur, subleventur et ab omnibus animi et corporis periculis eruantur, multisque bonis cumulantur, et in patriam coelestem ascendere mereantur, in qua ipsa cum Deo et ceteris virginibus vivit in eternum; amen. Haec beata Virgo cum ad etatem quinquaginta et octo annorum pervenisset, ex hac vita migravit anno Domini millesimo vigesimo. Nunc dicam miracula aliqua a Diva post mortem facta, ut ab iis, qui viderunt, acceperit, nullo tamen modo omnia, quae Deus per illam fecit, et facit, enarrare potero. Judaeus quidam ex Zamora in hanc terram veniens, mercenarie venalem ad collum portans, accessit ad Ecclesiam hujus Divae, paloque in pariete affixo mercem appendit, et ascendit ad sepulchrum Sancte Senorinae; admonentibus autem omnibus, ut descendenter, nolebat. Ast illa hora Daemon in illum ita erupit, ut pro mortuo haberetur. Postmodum vero loquitur Judaeus, clamans, ait, Magnus est Christianorum Deus, et quam maxima ejus potentia, qui et in caelis, et in terris regnat! Deinde sic dicebat: Ecce Diva haec humata regnat, et quod vult facit inter vivos, et mortuos. Pollea vero mercem iterum astutus, ut erat interna caligine offusus, fugit, et omnibus ei obviam factis id, quod sibi evenerat, enarrabat, ulque dum Toletum, ubi habitaverat, reversus est, et morbo affectus, a diabolo, a quo deceptus erat, vita privatus, et in spurcissimas inferorum tenebras detruditur. Eo tempore Dominus Pauis Archiepiscopus Bracharense, ut visitationis munus obiret, Brachara dilectens, venit ad Ecclesiam hujus Divae ad orandum, et inter alia multa miracula, quae ei sunt dicta de hac Virgine, audivit etiam, quod ipsa in sepulchro adhuc sit toto corpore integra, et tandem dormire videatur: qui hoc ex peri-

SECULO
XII.

periri cupiens congregavit plebem, eamque volens exhumare audivit voces coeci cuiusdam a Sancta illuminati, qui clamare coepit: Video, inquit, manus Archiepiscopi, et video Archiepiscopum. Ex quo Archiepiscopus ipse magna admiratione est affecitus, et qui aderant ex coecis quacumque verunt, quid hoc esset, et quare clamaret? Quibus ille, Ego, inquit, semper a nativitate fui coecus, et vidi manum, quae oculos meos tetigit, et Archiepiscopum, et sepulcrum. Sanctæ Senorinæ a spicio. Quod Archiepiscopus animadvertisens maximis laudibus Divam extollit, deinde aperiendi sepulchrum, voluntatem penitus abjecit, quod Deus clauium esse vult, ne quis sciat quid in illo contineatur. Hoc autem esse verum ab iis, qui viderunt, accepimus. Erat quidam nomine *Sylvester* habitans in opido *Castelli Vimaranensis*, a Domeno vexatus accessit ad Sanctæ Senorinæ sepulchrum sperans liberationem consecuturum, tunc vehementius vexabatur, verum cum ipse oraret, admovens ad pectus manum, liberatur, nec amplius, ut a vicinis accepti, vexatus est. Clericus nomine *Paius* huic Ecclesiae Praepositus, nobis affirmavit ad hujus Divæ Ecclesiam hominem venisse ex regno Leone oriundum, qui instar utris tumidus erat, et expletis horis vespertinis ascendens candelas demisit se ante sepulchrum Divæ resupinum, quia aliter jacere, nec dormire poterat. Et tunc Ecclesia ita populo erat referta, ut quemvis jam capere non posset. Dormientibus vero omnibus, tumidus ipse mulierem vidit candida ueste indutam, quæ dixit turgido homini: Dormis, homo? Tum ille, Quomodo, inquit, dormiam tanto dolore afflictus? Cui mulier: In latus dexterum vertere, et statim sanus factus eris: Ea ipsa sibi fasciam dare visa est, quam ipse cum tetigit, tanta ex ejus ventre vociferatio intonuit, ut omnes a somno excitarentur, quibus ille rei even-

tum exposuit, et se esse morbo prorsus relevatum, intercedente *Senorina*, profiteretur. Tunc omnes in colum manus tollentes gratias Deo et Sanctæ egerunt. Quo tempore idem clericus (ut ab ipso accepimus) Ecclesiae ipsi esset praepositus, venit quidam ex *Zamora* auditis miraculis Divæ ad hanc Ecclesiam, atque filium nativitatem claudum in jumento attulit, ita ut ipsius genua ad pectus essent redacta, cui medici remedia afferre non poterant: cum esset in Ecclesia Divæ circiter sexdecimi dies, paterque ipsius cum aliis agricolis se in vineas Divæ operatus conserfet, filium in area reliquit ut ferveret frumentum: idque effecit pater, ut ipse et filius alimento sibi ab Ecclesia Divæ ministrandum mererentur. Claudio igitur sic reliquo aparuit mulier dicens: Da mihi, inquit, puer, virgam, quam gestas; ipse autem porrigitur volens se incolumem erexit, et tunc mulier evanuit. Puer autem exclamavit, et qui operabantur in vinea accurrerunt, et quid esset interrogarunt: tunc puer omnia, quæ sibi contigerant, exposuit: et in Deum et ejus Sanctam gratiarum actione usi sunt. Tunc pater, et filius incolumis in patriam discedunt, et qui claudus in jumento venerat, expeditis pedibus, iter facit pedestre. Prædictus clericus affirmavit duos adolescentes ab ortu coecos ex locis disjunctissimis hoc accessisse, quia fama, et auditione hujus Divæ miracula percepérunt, et Olysliponem ingressi quæsiverunt, ubinam corpus Sanctæ Senorinæ esset sepulsum? quibus dictum est, ut ad Archiepiscopatum Bracharensem ad flumen, quod appellatur *Bastum*, se conserrent, juxta quod corpus Sanctæ Senorinæ humatum esset. Qui etiam cum uxoribus venientes ad ipsam Ecclesiam accesserunt, et clericu nomine *Paius* omnia, quæ sibi acciderant, nuntiarunt. Cumque sol ad occasum verteretur, coeteris domum redeuntibus, manserunt coeci

cum

cum uxoribus ante sepulchrum Virginis; cumque uteque oraret, alter tamen, ut infra videbitur, majori animi studio orabat; nam peracta prima noctis vigilia, et accensis adhuc ad tumulum Virginis candelis, coecus, qui amicior Dei erat, audivit tonitruum ita vehemens, ut tota aedes sibi corrovere videretur, excitavitque socium, qui excitatus, Quid est, inquit, hoc? Tum devotus: Totam domum hanc candelis accensis plenam video; ac jam ipse illuminatus, primum gaudio, et laetitia gestiens cymbala pulsavit. Tunc omnes clerici, et Ecclesiae mercenarii excitati viderunt coecum illuminatum, et pro tanto beneficio Deum et Divam admirantur. At coecus tanti beneficii memor per multum tempus ex elemosynis sibi erogatis candelas, et oblationes emens, omnia ante sepulturam Divae offerebat. Tandem salvus et incolimus domum evasit. Accipimus præterea ab eodem clero, et ab aliis mulierem quadam, cuius venter per duos annos tumidus erat, ad sepulchrum Divae se gravidam existimantem accessisse, et in admirationem raptam, quod tandem partus differretur, Virginis opem implorat. Cum ipsa simul cum marito, et feminis ejus vicinis ad sepulchrum orationi vacarent, eique multas oblationes offerret, ut partui subveniret, peracta supplicatione, sensit in ventre tumulum magnum fieri (nemo sane sciebat, quid in utero gestaret) idque vicinis dixit, quia partum instare putantes, eam domum redire cogunt, quo cum pervenisset, emisit ex alto ingentem anguem, quo viso omnes vehementer obstupserunt, qui cum fugere conaretur, interficitur, et qui aderant Deo et Sanctæ gratias retulerunt. Ex opido Vimaranensi mater et filia in facillum Divae se contulerunt: mater multiplici parte confecta, ne deinceps pariat, obsecrat; filia vero sterilis fœtum implorat: intercedente Diva, voti compotes evadunt. Nobis-

Tom. I.

lis ac præpotens vir ex intimis Regis ^{Secvto} familiaribus, eique à consilio, cum XII. juxta templum Divæ transiret cum exercitu ad hostes, qui ejus castellum obsiderant, propulsando, Divæ Ecclesiam non ingressus est: cumque ab Ecclesia non longius abesset, stetit equus ibi immobilis, ita ut nullis flagellis moveretur. Ipse nobilis rei causam cognovit, et ad templum Divæ se contulit, et suæ temeritatis (quod feliciter templum Divæ non sit ingressus) venian et auxilium contra hostes implorat, et meritis ipsius Divæ, superatis hostibus, victoriam reportavit. Regnanti Alfonso Hispaniarum Regi nuntiatum est prædictæ *Senorina* fratrem una cum aliis sociis opes alienas spoliare paupertate coactum. Quam ob causam Rex illum in vincula conjiciendum sancivit. Verum cum hominis pedibus vincula, et catenæ admoverentur, tanquam lutes flangebantur. Id custodibus ad Regem referentibus, quæsivit, an ipsi hujus rei causam scirent? Tum custodes: Domine, audivimus huic viro esse fororem eximia virtute præditam, cuius orationibus id fieri, ne frater in carcere detineatur, suspicamur. Tunc Rex tamè fœminam videre exoptans, illam ex Archiepiscopatu Bracharense, *Toletum* honeste et honorifice venire justi, quam ad Regem ingressam, sic ipse aloquitur: Cum te non nisi ex fama ac virtute tua cognoscam, quicquid volueris pete, et omnia praefabo. Tum *Senorina* humilime perii, ut Ecclesia sibi a patre regista concedatur. Rex vero admiratus quod plura non petisset, Ecclesiam concessit, et fratrem ipsius liberavit, et asylum Divæ donavit cum diplomate ad Ecclesiam perutile. Et *Senorina* ad eamdem Ecclesiam honorificissime reversa est. Haec et alia multa fecit miracula, et facit Deus per intercessionem Sanctæ *Senorinae*, quibus brevitatis causa superfedendum putavi, ad laudem omnipotentis Dei, qui vivit et regnat

X

Sexto gnat in sæcula sæculorum. Amen.

Livraria do Colég. da Graça de Coimbra, Est. P. Caz. 5. N. 16. Copia em letra do Sec. 16.^o, ou principios do 17.^o

* Para determinar o tempo, em que vivia o Author desta *Vida de S. Senhorinha*, bastará reflectir, que elle concorre ainda com os contemporaneos do Arcebispo de Braga D. Payo Mendez, o qual faleceu por 1136. Por isto, além de outras conjecturas, à que daõ lugar estas mesmas Actas, as podemos suppor escriptas pelo meio do seculo XII.^o Talvez eraõ elles o mesmo Lectionario antigo da Igreja de Baflo: ao menos he

certo, que as Lições dos Breviarios de S. Cruz de Coimbra a 22 de Abril, da edição de 1531, e de S. Simão da Junqueira, da edição de 1514, saõ conformes ás Actas, que agora publicamos. A vista de humas e outras, se poderia dizer com muita probabilidade, que as ditas Lendas foraõ tiradas destas Actas, pois que conservão dellas longos periodos pelas mesmas palavras. Deve tambem notar-se que á margem da dita copia com húa * sobre = anno =, se lia em letra diferente = *Æra*

an. 982
38

N. 198. *Carta de liberdade e manumissão concedida por Sueiro Mendez e sua mulher a um seu escravo.*

1189

1151
Jan.

IN nomine Patris, et individuo Sancte Trinitatis. Ego famulo Dei Suario Mendis, et uxor mea Maria Suaris fazimus, tibi mancipio nostro Petro Suari kartam ingenuitatis, pro remedio animas nostras, ut subveniat nobis Dominus in die judicii, ut ante divinam clementiam accipiamus merces copiola, sicut Prophetam: *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimite eos, qui confracti sunt, liberos, et omne onus eorum disfrumpe.* Ego supra nominatos Suario Mendis et uxor mea Maria Suaris absolvimus te mancipio nostro Petro, pro Dei amore, et pro cunctis, que fecimus; et vades tu libero et perfoluto, dum vita vixeris, et temper teneas fidem Christi: et si aliquis omo venerit vel venerimus tam de propinquis, quam de extraneis, contra hunc factum nostrum intrumpere quiescerit, in primis sedeat excommunicatus, et a corpus Domini legre-

gatus, et perdat fidem Christi, et rationem paradizi, et ad totos peccatores Dominus culpas dimittit, tantum et ad ipsos, qui isto mancipio Petro irumpere quiescerint, nunquam, sed vadant in inferno inferiori, et pariat insuper cc solidos, et judicato; et ad karta confirmandum dedisti a nobis 1º mauro, que invenisti in . . . Facta karta mense Januario E. M. c. LXXXVIII., regnante in Portugal Rege Alfonso, in Sede Braccara Archiepiscopus Joanne. Ego Suario Mendis, et uxor mea Maria Suaris in hac karta ingenuitatis manus nostras r-+oboramus. Qui presentes fuerunt et audierunt et confirmaverunt: *Domino Priori Lucio confirmo. Suario confirmo. Petrus confirmo. Menndus confirmo. Suarius confirmo. Pelagijs testis. Petro testis. Joannes testis. Godinus qui notuit.*

Cart. do Most. de Moreira: Original.

N. 199. Renuncia de hum quinbaō de herdade em virtude de sentença proferida contra hum incendiario.

HORTA fuit intentio inter Munio-nem Sarrazinii, et Petrum Gon-disalviz, ideo quod Petrus Gondi-salviz accentit quodam domum Mu-nionis, cremavitque omnia, quos ibi erant; veneruntque inde ante bo-nos homines, et divisserunt, atque judicaverunt, ut ipse Petrus Gondi-salviz pro ipsa callunpia ut dedis-set ei unum quinioum, quomo-do tenet Munio Sarrazini pro viii. morabitinos in loco predicto Craibello, touum suum quinioum, preter illum, quem vendidit Deo Vo-tis Bonis Valle, et f . . . ei ab re-nunciacione de ipso quiniione, et statuerunt inter se pactum, ut unquam

unus ad alterum non veniat, et si 1189 inde aliter fecerit, quicquid pecie . . . K. rint, totum duplent, et insuper d. Mart. solidos. Facta cartula annuciationis 1151 sub Era M. c. LXXX. viii. et quo . . . Fev. tum quod erit .. Kalendas Marci. Ego Petrus Gondisalviz tibi Munio-ni una cum uxore . . . Goina Gondisalviz in hac annuciatione ma-nus meas r+Hovoro. Qui viderunt et audierunt: Omnes scolares Tude. Pro telles: Petrus testis. Munio testis. Iohannes testis. Fernandus qui notuit.

Cart. do Most. de S. Thirso: Gaveta de S. ent. antig. Original.

* Letra Semigothica.

niz pro ista intentione, et judica-
vit eos Don Sanchio, et mandavit
a Don Monio Pedriz, ut dedisset
mediatae de illo cclxi. morabitino-
nes a sua mulier Dona Maria Gon-
salvius, et habuisset ipsas hereditates
sine ipsa, et dedit Monio Pedriz a
Dona Maria Goncalvius suam par-
tem de Coreixes in pignores pro
mediatae de illo aver, et recepit
Dona Maria Goncalvius ipsos pigno-
res, et mandavit Don Monio Pe-

driz, ut dedissent de Palaciolo ipso 1205 aver, scilicet cxxx.^o morabitinos et K. Septem
medium, a sua muler Dona Maria Gunsalvius, et habuissent ipsas hereditates integras in monasterio, scilicet suam partem de Coreixes, et de Bees da viz, et de Queriz cum alias hereditates, que sonant in suo testa-
mento. Modo ego Egas Paaiz ac-
cipio de Palaciolo xxx. morabitinos
super illos, quos jam habebam de
Don Monio Pedriz, et fiunt cccxxxxi.
tantum mi placuit, et facio vobis
Abbatii Egee Gomizoni, et ceteris
fratribus Palacioli, kartam venditionis
et firmatatis per illud plazum, quod
feci primo a Monio Pedriz de illas
hereditates, ita mi et vobis placuit,
et de precio apud vos nichil reman-
sit pro dare, ita ut de hodie die vel
tempore sint ipsas hereditates de ju-
ri meo abrals, et in vestro jure
atque dominio sint traditas atque
confirmatas. Habeatis vos illas fir-
miter et omnes successores vestri,
cunctis temporibus seculorum. Si quis
tamen, quod fieri non credo, ego,
vel aliquis homo venerit, vel vene-
ro contra hanc kartam venditionis,
quam facere jussi, ad intrupendum,
et ego eam in Concilio defendere, et
vobis concedere non potuero, aut nolue-
ro aut vos in voce mea, quomodo pa-
riam vobis ipsas hereditates duplatas,
vel triplatas, et quantum a vobis fuerint
melioratas, et conponam ipsum pla-
zum, quod feci a Monio Pedriz,
et insuper mille solidos de puro ar-
gento, et aliud tantum in judicatum
Domino terre. Facta karta venditio-
nis Kalendas Septembbris, E. m. cc. v.
Ego Egas Paaiz vobis Abbatii Egee
Gomizoni, ceterisque fratribus Palacioli,
in hanc kartam venditionis,
quam sponte jussi fieri, manus meas
r+o—b—o—ro. Pro testes: Petrus
Aa ii tefsis.

SECULO XII. testis. Menendus testis. Pelagius Cart. do Most. de Paço de Souza :
testis. Vilelmus cleririmis notuit. Liv. das Doações fol. 52. col. 1.^a

N. 217. Carta de venda de bens feita por Martim Fubertis ao Mosteiro de S. Jorge.

1205

1167
Okt.

In Dei nomine. Hæc est carta venditionis et firmitudinis, quam jufsi facere Ego **Martinus Fubertis** tibi **Joanni Vincentii**, Prælato **Sau-eli Georgii**, et omnibus Fratribus ibidem comorantibus, tam præfentibus, quam futuris, de illa herencia, quam habeo ex parte matris meæ, scilicet de tota illa hereditate, quæ matri meæ evenit ex parte avunculae meæ tam de vinea, quam de domibus, per ubi eam potueritis invenire. Vendidi, et concedi vobis ipsam herantiam, quam jam prædixi, pro precio, quod a vobis accepi, scilicet . . . tantum enim mihi, et vobis bene complacuit, et de precio apud vos nihil remanist in debitum. Habeatis vos eam firmiter, et omnes successores vestri in perpetuum ; et si ego vel aliquis de

meis propinquis, vel de extraneis, hoc meum factum irrumpere voluerit, pro sola temptatione, quantum inquisierit, tantum vobis in duplum conponat, et quantum fuerit meliorata. Dominique terræ alliud tanum. Facta venditionis, et firmitudinis carta mense Octobris, Era M.^a cc.⁴ v.^a Ego supra dictus **Martinus** propria manu roboravi, et hoc signum feci **XI**. Testes sunt, qui adfuerunt : **Dominicus Domini Notarius**. **Petrus Venegas iusticia testis**. **Suarius Goncalvius testis**. **Michaël Sarriano testis**. **Ramirus Capateiro testis**. **Petrus Mourisco testis**. **Petrus Carlos testis**. **Petrus Menendiz testis**. **Jobanes Martinus testis**. **Petrus Martinis testis**.

Cart. do Most. de S. Jorge : Original.

N. 218. Carta de venda de bens feita por Pedro Moniz & Miguel Fernandez.

1206
1168
Abr.

In Dei nomine. Ego **Petrus Moniz** facio kartam tibi **Michaël Fernandiz** firmitudinis de hæreditate mea propria, quam habeo, de comparadela de meo patre in **Trafois** pro vi bracalibus, quos accepi de te in pretio, et pro amore meo, et pro remedio animæ meæ, et est ptenominata medietas unius casalis, quod jacet super fontem in **Trafois** cum omnibus suis appendiciis, et cum fontibus, nemoribus, ruris, aquis, et cum omnibus, quæ ad præstatum hominis sunt. Do tibi igitur ipsam hæreditatem tali institutione, et tali pacto, ut habeas illam in tota vita

tua, et post obitum tuum relinquas eam ad **Sanctum Izidorum de Vilhar**. Si autem aliquis homo venerit, qui hoc factum meum irrumpere voluerit, sit maledictus, et excommunicatus, et reddat insuper judicatum terræ, et det regi v. soldos. Facta carta mense Aprille sub Era M.cc.vi. Ego **Petrus Moniz** tibi **Michael Fernandiz** in hanc kartam manus meas roboro. Pro testibus : **Sadarius testis**. **Petrus testis**. **Egas testis**. **Petrus Petri notuit**.

Cart. do Most. de Caramos : Original.

N. 219. *Carta de venda de bens feita por Diogo Dias e sua mulher ao Mosteiro de S. Jorge.*

In Christi nomine. Hæc est carta venditionis, quam jussimus facere ego *Didacus Dias*, et uxor mea *Ejo Menendiz*, vobis *Joani Vincen-
tio, Sancti Georgii Priori*, omnibusque fratribus ibi conorantibus, de una hereditate, quam habuimus ultra flumen *Mondeci*, que est inter ipsos fratres in illo monte, qui est super domum illorum, scilicet duas leiras, pro precio, quod a vobis accepimus, scilicet tres morabitinos obtimos, quia tantum nobis, et vobis bene complacuit, et de pretio apud vos nihil in debitum remanxit: habeatis igitur eas vos et omnes successores vestri, et faciatis de illis quidquid vobis placuerit; et si aliquis de nostris propinquis, vel de extraneis, qui hoc nostrum factum irrumperet voluerit, et nos in Concilio

auctorizare noluerimus aut non po-
tuerimus, simus constricti, donec redam-
damus illas leiras vobis duplatas, et quantum fuerint melioratae, Domino-
que terræ aliud tantum, et suum ju-
dicatum Judicii: et hoc nostrum es-
criptum semper robur obtineat. Fa-
cta carta mense Septembrio, Era
m. cc. vi. Nos supra nominati, qui
hanc cartam facere jussimus, coram
his testibus roboravimus. *Domingus Azugas testis. Martinus Alvitez
testis. Martinus presbiter Notariu-
sus. Martinus Pelaiz testis. Fernan-
dus Soariz testis. Fernandus Moniz testis. Petrus Mendiz testis.
Suyero Bafino testis. Fernandus Mo-
niz testis.*

Carr. do Most. de S. Jorge: Original.

N. 220. *Doação ao Mosteiro de Paço de Souza pelo Abade D. Egas Gomes e sua Irmã D. Emisu.*

DOMINIS invictissimis hac triumphatoribus, Sanctisque Martiri-
bus, gloriois Sanctorum, Sancti Sal-
vatois, Sanctorum Apostolorum Pe-
tri et Pauli, Sancti Jacobi Apostoli,
Sancti Andree Apostoli cum
xii.^m Apostolorum, Sancti Stephanii
cum xii.^m Martirum, Sancti Martini
cum xii.^m Confessorum, Sancte
Marie cum xii.^m Virgines, quorum
Basilica cernitur esse fundata in vil-
la *Palacioli*, subiux mons *Ordinis*,
prope ribulum *Sause*, Territorio Por-
tugalense. Ego humilimus servus fer-
vorum Abba *Egas Gomizonici*, et
foror mea Domna *Emisu* Deo vota,
non merito dignoscunt merito cum
peccatorum mole depresos, in spem
fiduciam, quam Sanctorum meritis
respiro, non usquequa disperatio-

nen deitior, qui etiam textum rea-
sum nostris criminis sepe pavesci-
mus, ut per vos Sancti Martires Dec-
tandum reconciliari mereamur Do-
mino Deo vero. Item talibus se agens,
dum vota aquæ donaria ad populo
Irahelitico Domino dedicare, dicebat:
*Tua sunt enim omnia, Domine, et
quos de manu tuam acceperimus;
dedimus tibi, quia, nisi tu dederis
nobis, nos non habemus unde redde-
re tibi.* Et idèo rimens me, quod
abfir, Domino juvante, mors subita-
nea nos subreparat, et omnia scriptu-
re nostre inordinata dimittere, ele-
gitinus ut faceremus textum scripture
sacris altaris Ecclesie vestre, pro-
luminaria altiariorum vestrorum, pro
eleemosinis pauperum atque omnium
indigentium. Proinde testamus ad
ipsum

SECULO XII. ipsum locum jam superius nominatum , hi sunt hereditates prenomina-
tas : in Terra de *Aquilar* in villa ,
que vocitant *Pias* , testamus ibi IIII.
kasales , et IIII. quintas de ipsa quin-
tana , cum omnem suam rectitudi-
nem , et de ipsa vinea de *Canava-
les* tres quintas cum omniq[ue] giri
fuo , et unum casalem quos dicunt
de *Brigu* ; et ego Abbatte Domno
Egas addo ad ipsum monasterium
Ecclesia de *Sancta Maria de Cam-
paniana* , que ego comparavi de *Pelagio Calvo* ,
cum omnem suam ra-
cione integrum , et de Domna *To-
da* avia mea tota sua portione , tam
de avolenga , quam de couparadela ,
et meditate de totas ipsas heredita-
tes , et de ipsa quintana de *Villa
Mediana* , et sunt prenominatos mea
racione medios de XV. kasales . Do
atque testo omnes has hereditates ad
ipsum monasterium jam superius no-
minatum , pro remedio anime mee .
Et si aliquis homo venerit vel ve-

nerim , aut propinquus , quam etiam
de extraneis , qui hunc factum nos-
trum infringere voluerit , in primis
sit maleditus , et excommunicatus , et
cum Juda traditore in profundum in-
fernii sit perditus , et condemnatus ,
si de ipsa presumptione statim volun-
tarie non fuerit emendatus , et ipsam
totam hereditatem pariat in quadru-
plum , et quantum in ea fuerit me-
lloratum , e Seniori terre aliud tan-
tum , et ipsas hereditates sint semper
supra dicto monasterio servituras et
ab omni alieno jugo liberas , et Ec-
clesia *Sancti Salvatori* semper sub-
dita . Facta series testamenti notum
de erit XI. idus Decembri sub Era
M. CC. VII. Ego *Egas Gomizo* , et
foror mea Domna *Imijo* , in bunc
testamentum manus nostras robo-
ravimus . Pro testibus : *Garcia testis . Mo-
nius testis . Petrus testis .*

Cart. do Most. de Paço de Souza :
Liv. das Doações fol. 26. vers. col. 2.^a

**N. 221. Prazo de hum cazal em Villa Nova feito pelo Mosteiro de Mo-
reira a Payo Garcia e sua mulber.**

1208

1170
Ag.

SUB Christi nomine , et ejus misericordia . Ego *Alfonsus Truetefindiz* Priori *Morarie* , una Canonici-
cis meis , facimus vobis *Pelagio Gar-
cia* , et uxor vestra *Maria Argumiriz* ,
plazo de kasal , que est in *Villa
Nova* , scilicet in quo vos habitatis ,
pro quo dedistis nobis XX. morabi-
tinos , pro tali pacto , ut habeatis
vos ambos in vita vestra usque ad
hobitum vestrum , et qui remanserit
de illis , si potuerit se continere in
suo cazal , sii autem dimittat eum
ad monasterium , et nos contineamus
eum vel eam de vieta et vestitu , se-
cundum nostram possibiliterem , et
suam necessitatem , et sedent quitos
de totas calunnias , et totos servi-

tios , et de portadigos , nisi merda
in boca , aut raufo , aud homicidi-
dium , aut furto fabido , quomodo
non perca casa a rrumper et bever
aquas et montes , per ubi potuerit :
si autem exierimus istum plasum de
parte monasterii , quantum demanda-
verimus , tantum conponamus , et
nos , si exierimus istum plasum , quan-
tum demandaverimus , tantum com-
ponamus . Facto plazo mense Au-
gusto in Era Millesima CC. VIII.^a Qui
prefentes fuerunt et viderunt : *Egas
testis . Pelagio testis . Menendo tes-
sis . Ego Mendus pinxi .*

Cart. do Most. de Moreira : Orig-
inal.

N. 222.

N. 222. *Carta de venda de direito de Padroado, feita por Gonçalo Moniz ao Mosteiro de Caramos.*

IN Dei nomine. Ego *Gunsalvus Moniz* vobis *Menendo Petris*, et *Plagio Fromarigius*..... Monasterium de *Caramarus*, facio reales jurisdictiones de illa Ecclesia de *Sancta Elia Leocadia de Marcenreira*, quantum ibi habeo, et ad me pertinet meorum avorum, et parentum, et esse potest, reservata dicta quarta parte: do illud pro precio, quod recepi de vobis, sex morabitinos, quantum vobis bene complacuit; et apud vos nihil remansit in debitum pro dare; ita ut de hodie die sit ab ju-

re nostro abrasa, et in vestro domino tradita: habeatis vos illam usque in perpetuum per factum realis ¹²⁰⁹ ¹¹⁷¹ jurisdictionis nostre. ^{2 Jun.} *Die secunda Iunii in die Marti*, Era millesima Ducentesima Nona. Ego *Gunsalvus Moniz*..... e vobis *Plagio Fromarigius* in has reales manus meas R-||-O-||-B-||-º coram idoneis testibus: *Petrus Enez, Goncalvus Enez, Mendus Enez, Mendus Moniz.*

Cart. do Most. de Caramos: Original.

N. 223. *Transacção entre o Bispo de Lamego, com outorga do seu Cabido, e o Mosteiro de Tarouquela, sobre os direitos, que a sua Igreja tinha naquelle Mosteiro.*

IN nomine Sancte et Individue Tri-nitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam inter ea, que accipia instituit ad officium Prelatorum Ecclesie pertinere, illud maxime quedam prorogatio comendabile existit, loca religiosa fundare, fundata vero honorare atque libertate donare, ut ab omni jugo subjectionis libera tranquillus Deo possint seruire: ea propter Ego *Mendus* Dei gratia *Lamecensis* Ecclesie Episcopus, una cum consensu Canonicorum ejusdem Ecclesie, juri meo, quod habeo in Ecclesia de *Taraucela*, amore *Auro-done*, et filiorum ejus *Petri Galar-di*, et *Fernandi Ramiris*, firmiter renuncio, et eandem Ecclesiam ab omni debito *Lamecensis* Sedis absoluo, et libram foliunmodo cum toto termino suo et concedo, dimittendo omnem de..., quod ex debito persoluebat, pro tribus aureis in unoquoque anno daturis noto tempore Cathedra Sancti Petri. Si aliquis extia terminum corpus suum predicte

Ecclesie comendauerit, matrici Ecclesie ¹²⁰⁹ terciam partem conferat; de genero sicut Romana Ecclesia insti-¹¹⁷¹ tuuit, donatiq[ue]m tribuant, et excom-^{Ag.} municatos nostros non recipient. Et ne tempore procedente tantum fa-ctum obliuione possit deferi, dignum duximus hoc idem presentis priuile-gii pagina communite: si vero infra nouem dies debitum constitutum red-dere noluerint, prior tantum sit ex-communicatus et coheres potencior cum illo, quoque ius matricis Ecclesie persoluant. Quicumque igitur hoc factum canonicum atque foliunmodo uiolare temptauerit, sit in pri-mis excomunicatus, et inferno da-inpatnus, persoluat etiam nomine pe-ne quingentos modios. Fuit autem hoc scriptum per manum magistri Basucre in Era M.^o cc.^o viii.^o men-te Agusto, teste et prefcente omni Concilio. Ego *Menendus Lamecen-sium Episcopus* hoc factum roboro. Ego *Jobanes Prior* cum omni Con-uenitu propriis manibus confirmo.

Fri-

nam , et a Summo Deo Domino creatore Ihesu Christo potentissimo sit confutus , et cun Juda traditore et ius discipulis in inferno remaneat tempore senpiterno. Et ut istud factum sit magis coustant et stabile , mando et precipio et confirmo , quod euista carta observetur in aliquo Monasterio religioso in testimonio , et custodiatur pro ut decet.

In xii.^o—Kalendas—Februario—In E.^o—M.^o—CC.^o Quando Dedicata fuit Ecclesia Sancte Marie de Villa Nova a Domno Jobane Bracarense—Archiepiscopo , summa cum celebrata atque leticia . (Col. 1.^a): Testes : Dominus Rogel Capellanus . Vermoo Sugerio Maiordomus . Vermoo Salvatoris Vicarius . Dominus Pelagius Gunsalvi . Garcia Roderici . Petrus Sugerii . Dominus Vermoo . Petrus Caballus . Petrus Vermoyz . Petrus Vequiz . Menendus Petri de Barrey-

ro . Gunsalvus Pelugii . Fernandus Sanctus Pelagi . Menendus Fernandi . Garcia Fernandi . (Col. 2.^a): Testes :

Dominus Petrus Amarellus Prior Sancte Marie de Vimaranensi . Prior Coftensis , Dominus Menendus . Dominus Petrus Eriz , Judeo Vimaranensis . Gunsalvus Eriz suus frater . Oura Eriz . Dominus Petrus Maroto . Dominus Rogel Canonicus . Fernandus Mogueymez . Menendus Mogueymez suus frater . Petrus Mogueymez . Garcia Mogueymez . Dominus Petrus Alvitiz . Bernal Fribel . (No meio) :

:	P	:	F	:	P
:	G	:	A	:	M
:	E	:	V	:	T
:	PRV	DENCIVS	:		
:	QUI	NOTVIT	:		

Carta do Most. de Pombeiro : Gavet
19. n.^o 16 , e 19.

N. 211. Foral do Lugar de Covas , dado aos seus povoadores pelo Abade do Mosteiro de Pombeiro , e outros .

KARTA donationis. In Dei nomine. Ego , miserationis et pii videlicet Spiritus Sancti , sub Christi nomine , ego Gondisalvis Suariz , et sua mulier Flamaia Dias , et fratre suo Jobane Diaz , et Menendo Gondiar , et sua mulier Ausenda Menendiz , et Abbas Petro Gondendiz de Palumboiro , Monio Ermegildiz , cum suos fratres , et forores , et 1162 Marina Diaz facimus a tibii Egas ; Margi Pelaci , kartam de hereditate nostra propria , quam habemus de parentibus nostrorum et de ganantia ; pro ubi illi potueritis inventire , cum suis locis , terminis novissimis et antiquis , et cun quantum in se obtinet , aprestitum hominis est. Et habet ipsa hereditate jacencia in loco predicto , ubi vocitant Covas . Terminos suos monte Cogia , quoniam sparte aqua acina de Carvaliaes , et per carreira a pro Parietes Ruias , et castro Oliveto , quoniam fer in Dorio per vena , de alia parte per Manteina , per via de Gouvianes , et fer in Cereisina : et damas a vobis ipsa hereditate pro foro , sedent xx.ⁱ populatoribus , qui dent renda unusquisque

1200
Gondiar , et sua mulier Ausenda Menendiz , et Abbas Petro Gondendiz ; N. de Palumboiro , Monio Ermegildiz , Matt. cum suos fratres , et forores , et 1162 Marina Diaz facimus a tibii Egas ; Margi Pelaci , kartam de hereditate nostra propria , quam habemus de parentibus nostrorum et de ganantia ; pro ubi illi potueritis inventire , cum suis locis , terminis novissimis et antiquis , et cun quantum in se obtinet , aprestitum hominis est. Et habet ipsa hereditate jacencia in loco predicto , ubi vocitant Covas . Terminos suos monte Cogia , quoniam sparte aqua acina de Carvaliaes , et per carreira a pro Parietes Ruias , et castro Oliveto , quoniam fer in Dorio per vena , de alia parte per Manteina , per via de Gouvianes , et fer in Cereisina : et damas a vobis ipsa hereditate pro foro , sedent xx.ⁱ populatoribus , qui dent renda unusquisque

Sexto Frison notuit. Regnante Rege Alfonso, Archiepiscopo Jobane Bracaram obtinente.

Carr. do Most. de S. Bento d'Ave Maria do Porto: Perg. n.º 58.

* Partida por A. B. C.

N. 224. Contrato entre Theresa Soares, e seu Irmaõ D. Paýo Romeu sobre a herança de seu Pays.

1209

1171
Nov.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Tarasias Soares facio vobis meo germano Domino Pelagio Romeu, per bonam pacem et voluntatem, plazo five carta de duas partes de mea ratione de ipsa hereditate de meo pater et de mea mater, et quintanas integras, et ecclesiás, per tali pacto, ut ipsa tercia detis mi in Pavia vel in Arauca, et habeam ipsa tercia ego, et posteritas mea, et meos monasterios. Si ego vendere voluero, aut in pignores mittere, non habeam licentiam aliquo homine dare, nisi ad vos. Ego Pelagio Romeu pro ipso, que vobis mea germana mi facitis, ego dedi vobis una maura, et habere, qui comparastis altera, et unicuique anno uno manto, et una saia, in

quantum ego fuero vivus, et una sella de mea mulier comparada in xv. morabitinos, et xv. morabitinos factos, quando vos fuistis pro a Streamadura. Et ego Tarasias Suariz facio, ut me contineat, et defendat. Si forte, quod absit, aliquid ex nobis istum plazum irrumperit, ut pariat ei, qui recte observaverit, solidos de puro argento, et aliud tantum Regi. Facto plazum et conscripto mense Novembrio E. a. M. cc. viii. Nos superius nominati hunc plazum roboramus. Menendo testis. Petro testis. Gunsalvo testis. Garcia presbiter notavit.

- : Carr. do Most. de S. Bento d'Ave Maria do Porto: Pergam. Original.

N. 225. Contrato entre Flamula Mendez, e o Mosteiro de Moreira sobre certos bens.

1210

1172
Marc.

In Dei nomine. Ego Flamula Mendez vobis Alfonsus Truchesfus Prior Moraria, et Canonicis vestris, facio plazo de uno casal in ista villa Moraria, illo scilicet de Carvalido pronominato, si tamen evenerit mihi in forte mea. Sin autem, ubi mihi fors ceciderit in ista Villa Moraria, ipsum vobis do, atque concedo, pro quae dedistis mihi uno mauro preciato in novem morabitinos, tali pacto, ut ego teneam illum in vita mea, et ad obitum meum relinquam eum ad istum Monasterium Sancti Salvatoris de

Moraria. Quod si ego, aut aliquis de parte mea ad istum plazum excidimus, que pariamus vobis, aut successoribus vestris, ipso casal duplato, vel quantum fuerit meliorato in ipso continuo. Facto plazo mense Marcio sub Era milesima ducentesima decima. Ego Flamula Menendis vobis jam supra dictis in hoc plazo manus meas roboro. Pro testes: Gundisalvus testis. Martinus testis. Pelagius testis. Menendus Presbiter notavit.

Carr. do Most. de Moreira: Original.

N. 226. Carta de venda de bens feita por Gonçalo Paez e sua mulher ao Mosteiro de Moreira.

In Christi nomine, et ejus Geneticis. Hæc est karta venditionis et firmitudinis perpetuæ, quam ego *Gundifatvus Petri*, una cum uxore mea *Maria Suariz*, jussi facere vobis *Pelagio Pelagii*, tunc temporis *Morariæ Priori*, de hereditate mea propria, quam habui de ex parte aviorum, et parentuum in eorum, sive de ganantria. Præfacta illa hæreditas haber jacentiam in villa, quæ vocatur *Retorta*, in loco qui dicitur *Johanni*, sive illud cafale, in quo nunc moratur *Johannes*. Vendidi siquidem vobis illud cafale totaliter, et integraliter cum omnibus suis pertinentiis, cum quantum iu se obtinet, et aprestitum hominis est, cum suis terminis novis, et antiquis. Accepi autem a vobis in præcio illius cafalis, viginti quatuor morabituinos, quorum tantum utrique complacuit: et de præcio nihil penitus remansit: dummodo sit ipsa hæreditas de juri meo abrata, et in vetro domino tradita, atque confirmata. Sed si forte fortuiu, quod fieri non credo, aliquis in posterum persona venerit tam de meo, quam

etiam de alieno genere, ad irrumpendum venerit, quisquis ille nequam fuerit, sit maledictus, et excommunicatus, et huic pœnas infernales cum *Datan*, et *Abiron*, quos terra vivos absorbit, et *Juda* traditore habeat participationem, et quantum inquietaverit, tantum vobis, vel vicem vestram tenenti, componat in quadruplum, et Domino terræ aliud tantum, et insuper quingentos solidos. Facta karta venditionis, et perpetuæ firmitudinis mense Mayo, sub Era millesima ducentesima decima. Ego *Gundafatvus Petri*, una cum uxore mea *Maria Suari*, qui hanc kartam jussi facere, vobis *Pelagio Pelagii* Prior de Moreira coram idoneis testibus propriis manibus eam roboravi. Qui presentes fuerunt, viderunt, et audierunt: *Petrus testis. Suarius testis. Pelagius testis. Petrus testis. Petrus notavit.*

Cart. do Most. de Moreira: Original.
* Veja-se a Nota ao Documento seguir.

N. 227. Carta de venda de bens feita por Pedro Garcia ao Mosteiro de Moreira.

In Dei nomine. Ego *Petrus Garcia* facio kartam venditionis, et firmitudinis vobis, Priori de *Moreira*, *Pelagio Pelagii*, de toto meo patrimonio, quod habeo ex parte patris, et matris in villa, quæ dicitur *Arones*. Do, et concedo vobis præfata hæreditatem pro triginta morabitinios, quos a vobis accepi in pretium: tautum mihi, et vobis placuit, et de præcio persolvendo nil remansit. Habeatis vos firmiter illam hæreditatem, et omnes successores

vestri in perpetuum cum suis terminis novis, et antiquis, per ubicumque potueritis iuvenire. Si vero alii quis tam de nostris, quam de extaneis, tam de præsentis, quam de successoribus venerit, qui hoc factum nostrum infringere voluerit, sit maledictus, et cum *Juda* in infernum dimersus, et insuper mille solidos Domino Regi componat, et Priori Monasterii det ipsam hæreditatem duplatam, et melioratam. Facta karta venditionis et firmitudinis

Tom. I.

Bb

men-

Secvlo mense Decembri , sub Era m. ccx.^o
XII. Rege *Santio* in Portugalia Regnante .
 Ego supra dictus *Petrus Garcia* vo-
 bis supra nominato Priori de *Morei-*
ra hanc kartam coram idoneis tes-
 tibus roboro , et confitmo propriis
 manibus . Qui praesentes fuerunt , et
 viderunt : *Menendus testis . Pelagius*
Presbiter Judez de Gondemar tes-
tis . Dominus Furtadus testis . Pe-
trus Subdiaconus notavit .

Cart. do Most. de Moreira: Original.

* Este Documento e o antecedente devem julgar-se suspeitos de falsidade, se não supozermos, ou que a Era he a de Christo, ou que o X não fora aspado por esquecimento do Notario; por que

N. 228. Sentença dada em letigio , que sobre certos bens houve o Mos-
 teiro de Caramos com o de Reciaõ.

1212 **Id. K.** ERA M.^o CC.^o X.^o II.^o VIII.^o Idus Ka-
Jan. lendas Januarii , Intentio fuit or-
1174 **6 Jan.** ta inter *Pelagium Fromarigis* Prio-
 rem *Sancti Martini de Caramarus* et
Abbatissam de Riciam Dona *Vaa-*
guida super hereditatem , que fuit de
Aragunti Menendiz , scilicet quartam partem de uno kafal in *Cubidi* ,
 et Dona *Aragunti* abuit illum ka-
 fale cum tribus fratribus , scilicet
Gundisalvo Menendi Abate *Sancti*
Martini , et *Egea Menendi* , et *Gome-*
ce Menendi ; et inde devenerunt in
 judicio ante Regem *Alfonsum* in *Co-*
lunbriam , et ejus filium Regem Do-
 mino *Sancio* ; et Rex *Alfonsus* man-
 dauit *Valasco Fernandis* de illa in-
 tencione ut eos judicaret , et *Valas-*
co Fernandiz , et alcaide *Menen-*
dus Stremia , et alcaide *Petrus Gar-*
cea judicaverint eos , ut *Pelagius*
Fromarigis assumeret sex milites , et
 sex clericos secum ; et jurasset que
 illa hereditate , que fuit de *Aragun-*
ti Menendiz , scilicet quarta pars
 de illo kafale de *Cubidi* , quod jux-
 erat *Sancti Martini* , et *Abbatissa*
 de outro modo a data não concorda com
 o Reinado . Não devendo porém alterar a
 Chronologia destes dois Documentos por
 effeito da primeira hypothese , cuja pos-
 sibilidade he controversa , nem por effeito
 da segunda , que he inteiramente ar-
 bitraria , os classificamos neste lugar , aon-
 de talvez não pertencem . Seja como for ,
 só acrescentarei por ora , que pelo Do-
 cum. n.^o 225 era Prior de Moreita em
 1172 D. Affonso , cujo Priorado pelos
 Docum. n.^o 230 , e 232 parece continuar
 em 1174 : e que em 1203 ha memoria
 do Priorado de D. Payo Paez nos Do-
 cumentos daquelle Mosteiro , que publi-
 caremos entre os do Seculo XIII.

tisse, ut reciperet de *Pelagio Fromarigis* tredecim morabitinos, et annunciatet illam hereditatem, et Abbatu*la* noluit nec in primo pacto nec in secundo adquiescere, et in toto pacto fuit devicta; et *Pelagius Fromarigis* de illo pacto recepit fiduciarem *Gudifalvo Pelaiz* fratrem Abbatisse, et duplo de illa hereditate ex parte Abbatisse, et insuper

hoc totum semper annuciaret ei, et Seculo XII. ita placuit illis, et de isto pacto nullus dubitet quin sit verum. Et qui presentes fuerunt multi sunt viri testes: *Fernandus Gundisalvi*, *Suerius Gomec*, *Fernandus Petriz*, *Petrus Fromarigis*, ubi fuit in *Sancto Verreiximo de Amaranti*.

Cart. do Most. de Caramos: Original.

N. 229. Doação attribuida a El Rey D. Sancho Iº, pela qual dava a herdade de Eiriz á Payo Covelo.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti amen. Ego Sanctius, Dei gratia, Portugalensem Rex, facio tibi Pelagio Couelo kartam donationis de hereditate de Eiriz, cum quantum in se obtinet, et apprestitum hominis est, per ubi illam potueris inuenire. Do tibi eam pro anore, et pro multo seruitio quod mi fecisti, et pro auctor quod et maledisti; habeas igitur illam firmiter, et omnis posteritas tua, cunctis temporibus seculorum; et omnis homo de genere meo, qui tibi illam defendere adjuauerit, sit benedictus in secula seculorum amen. Facta carta mensē Septembrio, sub Era M. CC. XII.º. Ego supradictus Rex Sanctius tibi Pelagio Couelo haec kartam propriis manibus ro---bo---r---o. (Col. I.º): Petrus Fernandi confirmo.

comes *Fernandus* confirmo. *Velas-* 1212 *cus Fernandiz* confirmo. *Suerius Ve-* 1174 *negas* confirmo. *Petrus Amarelus Set,* *Cancellarius Regis et Vimaranenstum* *Prior* confirmo. (Col. 2.º): *Pro* *testibus*: *Petrus Salvatores testis*. *Vil-* *lanus testis*. *Egas Pelagiz testis*. *Pete-* *russ Menendi* notui. (Lugar do Sel-*lo* coin a letra = *SANCIUS* Portuga-*lenstum REX* = entre as duas co-*lumnas*.)

Cart. do Most. de S. Bento d'Ave Maria do Porto: Pergam. n.º 193.

* Tudo o que vay impresso em grypho assim no texto, como nas assignaturas, e na letra do Sello rodado, mostrava no original ter sido raspado, e escrito com outra tinta.

N. 230. Carta de venda de bens feita ao Mosteiro de Moreira por Flamula Mendez.

In Dei nomine. Ego Flamula Men-ndiz placuit mihi pro bona pa- cis, et voluntas, ut facerem, sicut et facio, tibi Domino Alfonso Prior Moraria, et Canonice tuis, kartam venditionis de hereditate mea pro- pris, quae habeo in villa Moraria, subrurus mons Pharo, discurrente ri- vulo Leza, Territorio Portugalense. Do vobis tertia de ipso casal de Gon-

tam, et tertia de quanta quae ha- 1212 buit mater mea in Sancti Georgii, similiiter et tertia de quanta quae 1174 habuit mater mea in Quintanela, per ubi eam potueritis invenire, per suis terminis novissimis, et antiquis, cum quantum in se obtinet, et apresti- tum hominis est. Do vobis iplas ha- reditates pro pretio, que a vobis accepi, id est, decem morabitinos :

S E C U L O tantum mihi et vobis bene complacuit , et de pretio apud vos nihil remansit in debitum. Habeatis vos ipsas haereditates , et successoribus vestris temporibus seculorum. Si quis tamen , quod fieri non creditis , et aliquid de progenie mea , vel de extraneis , hunc factum meum infringere quæsierit , et ego in Consilio devindicare noluero , vel non potuerō , quæ pariam vobis ipsas hereditates duplatas , vel quantum fuerint melioratas in ipso continuo. Facta carta venditionis mense Septembrio in die Sancti Michaelis in Era M.CC.XII. Ego *Flamula Menendiz* in hac karra manus meas roboro. Qui praesentes fuerunt , et viderunt : *Gunfatuiz testis. Petrus testis. Vermudus testis. Ego Menendus Presbiter notavit.*

Cart. do Most. de Moreira : Original.

N. 231. *Carta de venda de bens por Dordia Perez e outros, a Egas Soares, e sua mulher.*

1213 **I**n Dei nomine. Ego *Dordia Petriz* , una cum sobrinis meis *Tota Menendiz* , *Gunfatu Menendiz* , **1175** *Petro Mendiz* , et filii de meo germano *Suero Petriz* , scilicet *Martinus Suaris* , *Petro Suaris* , *Maria Suaris* , tibi *Egeas Suaris* , et uxori tuae *Mariae Vermudis* , facimus kartam venditionis et firmitudinis de ereditate nostra propria , quam habemus ex parte aviorum nostrorum , et habet jacentia in illos Arales de Karamaros. Damus vobis ipsam hereditatem , tam Ecclesiastica , quam Laicale , cum quanto in se obtinet et apretitum homini est , pro pretio , quod de vobis accepimus , viii. scilicet morabitinos , tantum nobis , et vobis bene complacuit , et apud vos de pretio nihil remansit. Habeatis vos illam firmiter , et omnis posteritas vestra temporibus seculorum. Si aliquis homo venerit vel venero , qui hunc factum nostrum irrumpere quæsierit , in primis sit excommunicatus , et pariat vobis ipsam hereditatem duplatam , et Domino terræ suum judicarum. Facta carta venditionis sub era M. CC. XIII. Ego *Dordia Petriz* , una pariter cum sobrinis meis , tibi *Egeas Suaris* , et uxor tua *Maria Vermudiz* , in hanc kartam manus nostras robaramus. Pro testibus : *Pelagius testis. Petrus testis. Menendus testis. Garcea notuit.*

Cart. do Most. de Caramos : Original.

N. 232. *Escambo de certos bens entre Mór Mendes, e o Mosteiro de Moreira.*

1213 **I**n nomine Patri , et Filii , e Spiritu Sancti amen. Ego *Major Menendis* , ideo placuit mihi bona pacem , et voluntatem , nullis quoque gentis imperio , sed propria mea voluntas , ut facerem , sicut et facio , vobis Domno *Alfonso* , et Canonicis *Sancti Salvatoris Morariae* , kartula transmutationis de haereditate mea propria , quæ habeo in villa quæ vocitant *Palatio* , quæ est iusta ipso Monasterio *Sancti Salvatoris Moraria* : id est uno kafalè , et dimidio. Do vobis ipsam haereditatem pro suis locis , et terminis novissimis , et antiquis , cum quantum in se obtinet , et apretitum hominis est : pro quæ accepi de vobis jam supra nominatos Domno *Alfonso* , et Canonicis vestris , hi sunt duos ca- fales

fales in Rreal de Sufano , ipsos pro-nominatos , uno in quo moravit Menendo Sandeu , et alio in quo moravit Goncalvo inauro : damus vobis ipsos casales integros , excepto pro ipso arrugio contra Phorozos . Ego Major Menendiz dedi , et vos Alphon-
sus Trudezindis , una pariter cum conventui vestro , accepistis , ut et contrransformatio jugiter maneat firma , et inconvulsa , sicut in Libro Judiciale est decretum : ut et contramutata nullo modo reperatur a contramutatore . Siquis tamen , quod fieri non credit , aliquis homo venerit , vel venero , tam de progeniæ meæ ,

quam de extranea , scripturam banc SECULO violare temptaverit , in duplo restituat XII: in ipso continuo , et Imperatori terræ judicatum , et infuper quingentos solidos . Facta kartula contramutationis mense Februario , in Era millesima ducentessima decima tertia : sub imperio de Rege Alphonso Portugalensis Regente . Ego Major Menendiz ubi Donno Alphonso , una pariter cum Canoniciis vestris manus meas roboro . Pro testibus: Pelagius testis . Marinus testis . Goncaluo testis . Menendus Presbiter notavit .

Cart. do Most. de Moreira : Original.

N. 233. Carta de venda de bens feita por Ilvira Fernandez
a Mendo Perez.

In Dei nomine . Ego Ilvira Fernandez vobis Menendo Petriz facio kartam venditionis..... de ha-reditate mea propria , quam habeo in villa , quam vocant Carrasedo , subitus mons Mieu , discurrente ribulo Basto , territorio Bracharense , id est unum casale . Et do..... pro pretio , scilicet xx. morabitinos , tan-tum nobis , et vobis bene complacuit , et apud vos nihil remansit in debitum pro dare . Habeatis vos illam firmiter , et omnis posteritas vestra usque in perpetuum , cum quantum in se obtinet , et a præstitum homini est , et per ubi illam potueritis invenire , per suos terminos novos , et

antiquos . Et si aliquis homo venerit 1213 de nostris , vel de extraneis , qui hoc factum nostrum infringere voluerit , Feb. quod ad judicium devendicare non potuero , vel nolvero , quomodo pa- 1175 riam vobis ipsam haereditatem du- 6Fev. platam , et quantum fuerit meliora-tam , et Domino terræ d. solidos . Fa- Etia karta venditionis nota die VIII. Idibus Februario , Era M. cc. XIII. Ego Ilvira Fernandez vobis Me-nendo Petriz in hanc kartam manus meas roboro . Pro testibus: Gon-salo testis . Menendo testis . Petro testis . Goestes notuit .

Cart. do Most. de Caramos : Original.

N. 234. Doação feita ao Mosteiro de S. Jorge por D. Duram , e sua mulher , da terça dos seus bens , havidos , e por haver , moveis , e de raiz , &c.

In nomine Domini nostri Jesu Christi . Sciant omnes homines , qui hanc cartam legere audierint , quod Domus Duranus , una cum uxore mea Major Perri , damus , et concedamus ad Monasterio Sancti Georgii tertiam partem de quantum habemus , et quantum potuerimus 1215 habere , tam mobiles , quam immo-biles , post mortem nostram . Siquis Dez. aut nostrorum , vel extraneorum contra factum nostrum venire presum-pferit , ne sit ei licitum , sed pro folla temptatione iram , et maledi-cio-

Seculo etionem Dei omnipotentis incurrat.

XII. Insuper quidquid inquisierit, totum in duplum conponat Fratribus Sancti Georgii predicti, et Regi terre similiiter. Facta carta mente Decembri, Era m. cc.² x.² v.^a Nos supra nominatus Dominus Duranus, et uxor mea Domina Major, qui hanc cartam jussimus facere, in testimonio bonorum hominum roborabimus. Qui

præsentes fuerunt: Petrus Salvadoris testis. Goncalvo Saragiom testis. Petrus Tauro testis. Petrus Goncalvez testis. Menendus Salvator testis. Dominicus Pelagii notavit.

Cart. do Most. de S. Jorge: Original.

N. 235. Sentença dada no Concelho de Coimbra á favor do Mosteiro de S. Jorge, acerca d'uns caneiros no Rio Mondego.

1217

1179

Noscant omnes homines, qui hoc scriptum legere audierint et viderint, quod quedam racio nobis fratribus Sancti Georgii exhortata cum filiis de Petro Vilano piscatoribus, et hec sunt nomina illorum, *Johannes Cifro*, et *Salvadus Petriz*, ex parte illorum caneiros, quos habemus in loco, qui vocatur *Miserera*. De qua ratione venimus multociens cum eis ante presentiam bonorum hominum, per quos civitas Coimbre regebatur tunc, Domno Rege *Alfonso* jubente, et hec nomina singulorum, scilicet *Petrus Salvadoris*, et *Stephanus Martiniz*, et *Pelagius Petriz*, et *Furtado*, Alvazires tempore ipso. Qui jusserunt nobis et ipsis piscatoribus predictis, qui nos inquietabant, ut requirentes per exquisitam hominum bonorum mitteremus, quorum ipsi caneiros deberent esse. Quod quidem invitum, aut sponte, ita fecimus. Excelentes itaque exquisitores ex parte nostra et illorum, scilicet *Cyprianus Aubertiz* nomine, et *Goncalvus Bralia*, invenerunt per exquisitam bonorum hominum, quod ipsis pescatores nom habere nichil in ipsis caneiros, nec quicquam, ma-

ximum, vel minimum, directi ibi nobilicem departire. Quia inventerunt in exquisita ut ex xx¹. v. annos et super essent facti, et ipsi meti ipsi cum suo patre prefato Vilano nomine, ibi hastantibus et laborantibus ipsis caneiros pro suo precio, et comedintibus arque b' bentibus cum fratribus Sancti Georgii, qui illos faciebant, et tunc nil inde dixerunt; nec rancuram ullam hominibus haberunt: et sic vieti et mendaces ipsis caneiros dereliquerunt et perdidérunt. Et hoc fuit iudicatum in diebus predictorum Alvazires, et tunc erat Maiordomus Dominus Godinus, et Alkaide Petrus Nuniz, et dominico illucescente, quando Dominus Rex *Alfonso* jussit *Hermigium Menendiz* et *Menendus Goncalvi* apprehendi, et hoc fuit in Era m. cc.² xvii^a *Petro Veiro* testis. *Diacus Bonus* testis. *Laurentius Julianis*. *Domnus Daniel*. *M. Petriz filius de Petro Bonido* testis. *Sernandino de Dorano Godino*. *Manran*. testis.

Cart. da Faz. da Univers. de Coimbra: Pergam. do Priorado de S. Jorge.

N. 236. *Foral dado por El Rey aos moradores das Caldas de Aregos , de que era Senhor Nuno Sanchez.*

In Christi nomine. Ego Rex *Alfonfus* Portugalensis, placuit mihi per bonam uoluntatem, una com *Nunu Sanchez*, qui tenet de me *Aregos*, ut faceremus cartam firmitudinis ad homines, qui uoluerint populare in villam quam dicunt *Caldas*, et habeant illam cum suis terminis nouis et antiquis: damus uobis illa villa cum isto fforo, ut de quada ffogo per singulos anos singulos foldos, et ex quo morauerit ibi unum anum, uendat, donet, cum suo fforo, et de totas calunias dent pro uno modio uno foldo, sicut dabant tempore matris mee: et de ipsas calunias dent tantum inde x^a, media a Rege, et media x. Conceelho de villa; et de casa rupta et de fferidus xx.ⁱⁱ varas in camissa uezino a uezeno; et si uincierit de florras caualeiro aut uillano, qui uestra uilla ronperit, deu x.^{os} foldos, medios a Rege e medios a Congelho: de tota carega de bestia, que uenerit de fora caualar aut mullar 1.^o foldo, et de asfuo vi. denarios, et de 1.^o denario, fora pane, e uino, et post dicto rezent. de manto et de pelle et de II.^{os} denarios, de faia et de corio et de bragale... de toto reixello 1.^o denario, de uacca 1.^o solidum de denarios, et de porco 1.^o denario, de tota bestia, que uendiderit in ipsa uilla, caualar au mullar, 1.^o foldo, et de asfuo vi. denarios: totas istas portagenes, qui sunt scribti pro ad ho-

mines, qui ueniunt de fora, de ista 1221 portagem a Rege duas partes, et 1183 tercia ad hospitem: in toto termino de isto castello de *Aregos* non dent portagem, et non deris calunia: ergo per foro de uestra uilla, nec caualeiro, nec ullo homine non intrent casas uestras, nec cum bestias, nec sine bestias: ergo per uestro grado maiordomo de terra, qui ibi uoluerit intrare por mal ffazer, moriatur, et nom habeat caluniam: ergo quomodo allio uillano, per foro de uestra carta, de uestras bestias non tollat Senior de terra, sine uestro grado, et mitat maiordomo, et tollat per uestro grado: uizinus, qui noluerit acquiescere in isto foro de carta, eiciatur de uilla sine dubio a Seniory terre: quando uocauerit uos a suo apellido, ite; et non ad alium: filio et nepo, qui istam kartam in irrectam tenerit, habeat benedictionem de celo, et meam, et de matre, que illam generauit. E^a M.^a cc.^o xxxi. Ego Rex Domnus *Alfonfus* in hanc kartam, quam ego jussi facere, manus meas roboro. Qui uiderunt et audierunt: *Petrus testis. Pelagius testis. Menendus testis. Monius scribit.*

(Incluido em Instrumento mandado passar pelo Juiz d'Aregos a 19 d'Abrial, Er. 1364.)

Cart. do Most. de Bostello: Gavet. 10. dos Pap. var. n.^o 40.

N. 237. *Doação Real d. Gonçinha Paes, da terra de Golões , de juro e berdade.*

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego *Alfonfus*, Dei gra-

tia, Portugalensis Rex una cum filio meo Rege Domno *Sancio*, et 1221 filia mea Regina Domna *Tarasia*, Dez. 1183 uobis

Sexto uobis Domne *Gunfina Petri* facimus
XII. kartam donationis et perpetue summi-
tudinis de illa nostra hereditate, que
vocatur *Golanes*, quam vobis dona-
mus et concedimus propter hunc
anorem, quem pro Rege Domno
Sancio facitis. Damus itaque vobis
atque concedimus prefatam villam
cum turre, que in ea posita est, et
cum omnibus suis terminis, novis
et veteribus, sicut unquam nos eam
melius habuimus, tali videlicet pa-
sto, ut semper libere et integre
habeatis eam vos, et universa po-
teritas vestra, in perpetuum, sitque
vobis licitum donare, vendere, et
ad quomodum vestrum quoconque
titulo permutare. Igitur ab hac die
in antea de dominio nostro sit abra-
fa, et in vestra tradita potestate, et
confirmata. Siquis vero de nostris
propinquis, vel de extraneis vene-
rit, qui hoc nostrum factum irrumpere
voluerit, quisquis fuerit, sit ma-
ledictus et excommunicatus, et cum
Juda traditore in inferno collocatus.
Facta carta donationis et firmitudinis
mense Decembri, sub E.^a M.^a cc.^a xx^a.
Ego vero Rex *Alfonfus*, et filius
meus Rex *Domnus Sancius*, et filia
mea Regia *Domna Tarasia*, qui
vobis Donne *Gunfina* supra dicta
hereditatis cartam facere jussimus,
coram ydoneis testibus roboramus,
et hec signa facimus. Qui pre-

fentes fuerunt: (Col. 1.^a): *Domnus Valascus Maiordomus Curie testis.*
Domnus Alfonfus Ermigyz testis.
Domnus Petrus Roderic testis.
Domnus Fernandus Gunfalvi testis.
Domnus Gunfalus Gunfalvi testis.
Domnus Martinus Pelagii testis.
Domnus Petrus Alfonfi testis. (Col.
2.^a): *Domnus Godinus Bracharen-
sis Archiepi/copus audivit.* *Domnus Fernandus Portugalensis Epil/copus
audivit.* *Domnus Martinus Colim-
briensis Episcopus audivit.* *Domnus Johannes Vifenssis Episcopus audivit.*
*Godinus Lamecensis Episcopus audi-
vit.* *Pelagius Helelius Helbore audi-
vit.* (Entre as duas columnas se-
guientes lugar do Sello rodado, com
a letra: Rex *Domnus Alfonfus*—Rex
Domnus Sancius—Regina—*Domna-
Tarsia* = em oito segmentos de cir-
culo.) (Col. 3.^a): *Petrus Salva-
toris Dapifer Regis testis.* *Nuno
Guteriz testis.* *Gunfalus Fernan-
di testis.* *Rodericus Onoricz testis.*
(Col. 4.^a): *Magister Fernandus tes-
tis.* *Magister Dominicus testis.* *Me-
nendus Gunfalviz testis.* *Petrus Pe-
lagii testis.* (No meio das duas ul-
timas columnas): *Julianus Nota-
rius Regis subscriptis.*

Cart. do Most. de S. Thirso: Gaver.
23 de Doações vat. n.º 3.^o

N. 238. *Carta dos Conegos Regrantes de S. Cruz de Coimbra para os
de S. Vicente de Fóra, em que lhes contão de que couzas paga-
vão dízimo para o seu Hospital.*

*Sem da-
ta.* **D**ILECTIS fratribus et amicis P.
Dei gratia Sancti Vincentii Priori
fuoque Conventui Jo. Sancte
*Crucis Prior et ejus Capitulum salu-
tem.* Ex relatione fratrum vestrorum
G. et G. didicimus quomodo adre-
fectionem infirmorum, et aduentan-
tium pauperum hospitale construxistis.
Unde zelo Dei ducti de bonis ves-
tris decimas eidem dare promisistis.

Verum quia parvitatem nostram su-
per his, de quibus nostro hospitali
decimas damus, consulere voluistis,
taliter vobis secundum Augustini pre-
cepta respondemus, qui ait: Oppor-
tet ut Prælati Ecclesie, precedentem
Patrum exempla sectantes, aliquod
preparent receptaculum, ubi paupe-
res colligantur, et de rebus Ecclesie
tantum ibidem depuretur, unde sum-
ptus

ptus necessarios , juxta possibilitatem rerum haberi valeant , exceptis decimis , que de Ecclesie villis ibidem conseruntur . Ideo nos a minimis incipientes usque ad majora de omnibus eidein decimas damus , ita quod etiam ova cum ipso decimamus . Preterea clerici , qui sub nostra jurisdicção uivunt , hospitali nostro suas decimas fideliter persolvunt . Insuper si contingat fratres nostros de grangiis nobis piscatum coctum vel crudum vel fartaces vel aliquid tale mittere , totum decimamus . Redditus nostrorum hereditatum de venditione panis et vini et de aliis directoris , quam Prior vel Praepositus pro utilitate monasterii mandat facere , decimamus . Preterea de sementeira , quam in grangiis ad seminarium relinquimus , suam partem hospitali assignamus . Si qua quippe ecclesiastica

seu secularis persona intitu miseratio- Sécu-
tionis victum crudum vel coctum no- XII.
bis ministraverit , luam similiter juf-
ticiam hospitali non denegamus . De
mortuorum omnibus et de denariis seu
de aliis oblationibus , que altari of-
feruntur , etiam de cera , que de gran-
giis seu de aliis locis ad sacrificium
uenerit , sua pars fideliter hospitali
reservatur . Valete semper in Christo .
Eadem mensura qua mensi fueritis
remecietur vobis .

Cart. do Most. de S. Vicente de Fó-
ra : Arm. 23. Maç. 1. N. 33.

* A verdadeira data desta carta deve-
ser por 1183 , ou 1184 .

** Foi publicada com bastantes erros
por D. Thom. da Encarn. H. E. L. tom.
3. pag. 154 .

N. 239. *Estatuto do Mosteiro de S. Vicente de Fóra , no qual se deter-
minaraõ as couzas , de que pagariaõ dízimo para o seu
Hospital de Lisboa.*

Prior monasterii Beati Vincentii Ulixbonensis cum fratribus suis , magistris omnium nostrarum grangi- rum et ceteris obedientialibus omnibus salutem , et per obedientiani celestia regna promereri . Dicimus vobis in virtute obedientie , ut periodatis decimas omnium bonarum rerum , quas vobis Dominus dederit , hospitali nostro , sicut jam ex regula est determinatum in nostro Capitulo Generali , et sicut nos Beatus Augustinus docet , ubi ait : Canonici regulares tam de frugibus quam etiam de omnibus elemosinariis oblationibus in usus pauperum decimas libertissime ad suum conferant hospitale . Ideo vos hilari- ter et cum devotione decimas persolvatis de omnibus bonis tam vide- licet panis omnis generis quam vi- ni , olei , lini , alliorum , separatum , et leguminarum , mellis et cere , salis , et omnium fructuum et ceterarum bo-

narum omnium rerum , ut jam dixi . Sem das-
mus , a minimis incipientes usque ta.
ad majora . Ita tamen ut unusquisque vestrum eas decimationes separatim
reponatis in uno loco , ita ut non pre-
reant . Et Comendator prediçhi hospitalis mittet pro istis omnibus pro ut
sibi melius potuerit expedire . Si au-
tem vestrum aliquis , quod non cre-
dimus , aliter agere voluerit , quod Deus avertat , sciat se esse sui ordinis transgressor et inobedientem et
redditur rationem Deo , cui nuda
et aperta sunt omnia in districto ex-
amine , nisi se prius emendaverit . Va-
lete , et haec omnia bene adimplete .
Qua enim mensura mensi fueritis , re-
metietur vobis in tempore necessi-
tatis .

Cart. do Most. de S. Vicente de Fó-
ra : Arm. 23. Maç. 1. N. 34.

SECULO XII. * Data por 1183, ou 1184. L. de D. Thomas da Encatn. tom. 3:
** Impresso com alguns erros na H. E. pag. 169.

N. 240. *Carta d'Arrbas de Fernando Eanes a sua mulher Ousenda Viegas.*

1222 — **1184** — **I**n E.^a m.^o cc.^o xx.^a II.^a Ego Fernandus Jobanes tibi Ousenda Venegas uxori mee. Do tibi pro arras quantum abeo in Furacasas, et in Gestaciuu, et in Tavoadu, quod tecum continui. Et hoc tibi multum gratificor, ut supra dictam hereditatem habeas eternaliter, et filie tua, et cui tu dare volueris. Et hoc fa-

cio, ut meos fidejussores sint absoluti de fiducia. Qui presentes fuerunt frater mei, Menendus Jobanes, et Petrus Jobanes; et Egeas Ermigiz, qui has arras scripsit.

Cart. do Most. de S. Bento d'Ave Maria do Porto: Perg. Original.

N. 241. *Contrato entre Fernando Eanes, e sua mulher Ousenda Viegas sobre as suas Arrbas.*

